



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Disputationvm De Censvris In Commvni,
Excommvnicatione, Svspensione, & Interdicto, itemque
de Irregularitate, Tomvs Qvintvs**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, Anno Domini M. DC. XVII.

Sectio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94035](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-94035)

Disp. LI. De Irregularitate ex defectu, &c.

772

DISPUTATIO VLTIMA.
De irregularitatibus ex defectu personali in-
culpabili.

gnantiā cūm irregularitate seu illegitimitate, quam A
habet cūm matrimonio, vt per se constat. Ad primā
confirmationē responderetur, illam sententiam Glos-
sæ, vel non esse vniuersaliter veram, vel accommoda-
re intelligendam esse, quod tollat omnes irregulari-
tates, sed non eodem modo; nam quasdam tollit ipso
facto, alias vero præbendo facilitatem in eā dī-
pensione. Et idem dici potest ad Authenticam,
quamuis ibi potius sit sermo de malo culpæ seu mo-
rali. Secundo item confirmationē sumitur exre valde
extrinseca, & fortasse falsa, vt ibidem Couar. docet,
& latius Greg. Lopez, citato loco & Salcedo in pract.
cap. 14. Sed ad nos nunc id non spectat. Certum ergo
est, hanc non esse legitimationem simpliciter, sed ad
definitum effectum in citato iure expressum. In fa-
uorem autem religionum data est potestas prelatis,
vel scilicet earum ad dispensandum cum religio-
nis illegitimitate, virtute privilegiorum illis concessio-
rum, de quibus Deo dante, alibi dicemus.

Quartus modus auferendi hanc irregu-
lāritatem.

27.

Vartus modus tollendi seu expellendi hanc ir-
regularitatem esse posset per morum probita-
tem, sc̄ntiam, & alias doctes ipsius personæ illegiti-
mæ, quæ illam satis ordinibus dignam reddant. Quā
questiōne ex professo disputauit Innocentius 3. in
c. Innotuit, de Electione, iuxta antiquam lectionem:
refert, quālios dixisse, antiquos canones non pro-
hibere vnde cuncte genitos ad quoscunq; ordines
promoueri, dummodo merita eis suffragentur, id
est, (vt inferius exponit) si religio fiant, vel si pater-
nam incontinentiam non imitentur. Hi autem canones
videntur præcipue haberi, 66. dist. c. 3. & sequenti-
bus vñq; ad nonum, & ca. 12. & 13. quæ specialiter lo-
quuntur de electione ad beneficium. Propter quos
canones sentit Gratian. in §. Sed hoc, Sub c. 1. dist.
56. & alij, vt late tractat Albertus Trotius in lib. 2. de
vero & perfecte clericō c. 2.

Iam vero certa & indubitate sententia est, probi-
tatem vitæ extra professionem religionis per se non
tollerare hanc irregularitatem. Quæ quoad ordines
& prælationes sufficienter probatur ex c. 1. de Filii
presbyt. quatenus ibi solum excipi præfentes re-
ligionem: exceptio autem firmiter regulam in con-
trarium. Vnde in cap. Literos, cod. tit. dispensatio ad
ordines postulatur, quamvis supponatur persona à
pueritatem honesta. Evidenter etiam probatur ex d. c.
Innotuit, vbi Innocentius 3. hoc confirmat, tum sua
authoritate: tum Alexandri. 3. predecessoris, qui ait,
canones non ignorabant antiquos, sed probe nouerat canonicas Sæntiones. Ratio vero est, quia iura hanc irregu-
laritatem specialiter imposuerunt, non præcise pro-
pter prauos mores, vel incontinentiam illegitimo-
rum (quamvis haec iam in illis timeantur) sed præ-
cipue propter virtuosam originem, quæ moraliter
reputatur vilis quædam conditio, iam pertinens ad
quandam infamiam iuris: hæc autem non purgatur
per pénitentiam, vel quæcumq; bonam vitam, vt
in superioribus visum est, & videri potest Glossa in
c. De bñ, de Accusationib; cum his quæ suse tractat
Tiraquellus de Moderandis poenit. cap. 28. à princi-
pio, & Couarr. lib. 2. Variarum, cap. 10. n. 3. & in cap.
Almamater, 1. p. §. 11. in fine. Antiqui ergo canones in-
telligendi sunt interposita dispensatione, vt nota-
uit Glossa, in cap. Domina, dist. 56. & sumit ut ex e.
Apostolica, eadem dist. ibi, Connivendo eum recipimus;
& cap. sequenti, ibi, patienter suscipimus, non tamen vt
hoc pro regula in posterum assumatur, &c. Hoc etiam
confirmat vñs, nā quando Papa dispensat cum ille-
gitimis, addere solet. Dummodo incontinentie paterna
non fuerint imitatores, vt refert Burgafius supra. Est
ergo hæc optima causa, cum aliis, ad impetrandam
dispensationem, non vero per & sufficiens ad tol-
lendam irregularitatem.

Gre. Lopez
Salcedo.

Albert.
Trotius.
18.
Excludi-
tur.

Tiraquell.
Conar.

D Tria capita possimus hos
defectus reuocare, quidam
centur pertinere ad ani-
mam, alii ad corpus, & alii ad
carentiam externorum bonorum, quæ for-
tuñ dicuntur, de quibus breuiter eodem
ordine dicemus.

SECTIO I.

Vñrum, Aliqua irregularitas ex defectu ani-
mæ contrahatur.

SOlent sub hac specie plures irregula-
ritates numerari quæ reuera irregula-
ritates non sunt, vel ad alia capita po-
tius pertinent: imo, vt in principio
huius materiae notau, non era ad-
modum necessarium hoc caput irregularitatem di-
stingue, quia vel ad alia pertinent, vel ad defectus
corporis reducuntur: tamen, vt hoc ipsum magis
explicemus, & hoc etiam consuetudini demus, hanc
speciem omittere noluimus, nam aliqua etiā inha-
bilis proprie ad eam pertinere potest. Numerant
ergo hic alii irregularitatem proueniencem ex
defectu characteris baptismalibus ex ca. &c. C. Vener. de Presbyter. non baptiz. vt patet apud Nauarrum
nu. 205. Sed hæc, vt supra dixi, non est irregularitas,
sed omnimoda incapacitas. Numeratur item ir-
regularitas proueniens ex defectu fidei, qualis est in
apostola, aut heretico baptizato: quæ irregularitas
in eo manet etiam post peractam pénitentiam, &
obtentat absolutionem à censura. Verumcam
hæc irregularitas pertinet ad illam que est ex deli-
cto, alias cū omnis culpa sit defectus animæ, omnes
irregularitates ex delicto huc effient reuocandæ, hic
autem solum agimus de defectu inculpabilis. Qua-
propter idem à fortiori dicendum est de credenti-
bus, seu fautoribus hereticorum, quos hic eriam
Nauarrus numerat. Filiis autem hereticorum, quin
crimine cum patre non communicant, & neo-
phyti, maiori ex causa possent sub hac specie consti-
tui, quia in eis non est hic defectus ex delicto, tamen
propter contumaciam rerum, & iurium de illis su-
pra diximus tractando de hereticis, & infidelibus,
& posset hæc irregularitas reduci ad quandam defi-
cium natuum.

Secundo numerantur sub hac specie omnes, qui
carent vñ rationis, nam hic est magnus defectus a-
nimæ, & s̄pē sine delicto, semper tamen prouenit
ex aliquo defectu corporis, & ideo sub illo etiā ca-
pite comprehendit posset. Considerare vero oportet,
quod hic defectus ex ipsa rei natura impedit ful-
ceptionem ordinū: quia reddit hominem ne ipsum
ad vñm eoruin, & ex hoc capite non est hæc propria
irregularitas: sed solum quatenus à lege humana
speciali modo aliquando consideratur. In hoc ergo
ordine possunt in primis numerari pueri carenes
vñ rationis, quanquam eorum irregularitas etiam
pertinet ad defectum ætatis, quæ in superioribus
taeta est, & iterum artingeretur factio sequenti. De
inde, huc etiam spectat perpetuo amentes. De horum
autem defectu dubitari solet, an sit non solum irre-
gularitas, sed etiā omnimoda incapacitas, ita ut or-
do eis collatus non sit validus. Sed hæc questione non
ad presentem locum, sed ad matrem de Ordine
pertinet, quam Deo dante, in sequenti Tomo traxi-
cabitur. Nunc solum aduerto, Maiolum lib. 2. cap. 17.

^{D Thom Tabien}
13. absolue negare carentes perpetuo usu liberari-
bitur, recipere charæterem li ordinatur, & citat
D. Thomam in 4. dist. 25. & Tabienam verbo O. do.
4. Vterque autem oppositum dicit D. Thomas q. 2.
art. 1 q. 2, cuius verba Tabienam transcribit: & vterque
excipit solum consecrationem Episcopalem: non
loquitur autem in specie de perpetuo amoenibus,
sed de in fanibus arte usum rationis, & generatim
de quolibet defectu usus rationis. Soto vero dist. 25.
quæst. 1. art. 2. in specie idem affirmat de perpetuo
amoenibus, & exceptione de Episcopatu non ad-
mitit. Atque sententia D. Thomas est communius
recepta contraria Durandum, de qua re laius prædi-
cto loco.

^{Soto.}
^{3. Furiosi ad tempus.}
^{Nauarr. Maiol. Anton. Alu. Pelag.}
Præter hos huc pertinent alii, qui defectum usus
rationis patiuntur, sicut non perpetuum, quales sunt
in prisca furois de quibus loquitur textus in c. Ma-
ritimus, dist. 33. Et est communis sententia, ut pater ex
Nauarro, n. 20. & Maiolo libr. 2, cap. 14. Antonino 3.
part. 2. cap. 28. Aluaro Pelagio de Planct. Ecclesi-
lib. 1. cap. 49. verius finem, & Summis ac Theologi-
gis in 4. dist. 25. Sub furiosis autem comprehendim-
us omnes amentes, sive in i. am. & furiam prouo-
centur, sive tantum sint stolidi, seu carentes usu ra-
tionis, nam ad ordinis inepitacudinem perinde est.
Inter hos autem varijs sunt gradus. Quidam enim
sunt qui continuo, & perseveranter patiuntur hunc
defectum: & de his certum est non posse tunc licite
ordinari, cum propter Ecclesiæ prohibitionem, cum
etiam ex natura rei, quia non possunt consensum
præterire suæ ordinationis; qui quidem consensus est
per se & ex natura rei valde necessarius, ad ordinatio-
nem, ut respondeat grauis conuenienter modo sita,
cum ordinatio semel facta, perpetuo futura sit, &
non licet rationabile, alij quem confitui in statu per-
petuo, & non necessario ad salutem animæ sine prop-
rio consensu. Et præterea quia illi, sicut in talis statu
incepti sunt ad usum ordinum, ita etiam sunt illi sin-
digni, & ideo si ad mentem non redirent, ordinandi
non sunt; cum autem redierint, tunc de eorum ca-
pacitate & dignitate indicabitur.

<sup>4. Anquisi-
tione in re
statu mi-
nis fami-
lii recen-
tia sua
irregula-
rum.</sup>
^{2. Cœlacio}
Statim vero subiicitur dubium, an is, qui semel
infectus in furiam, vel amentiam, perpetuo maneat
irregularis, ita ut ille sit sanitatem rei operet, sine dis-
penſatione promoueri non posse. Nam in dict. cap.
Marit., in hoc sensu videtur fieri haec irregulari-
tas, ut indicant illa ve. ha. Neg. ill. m. qui in furiam &
Liquido vertit. Nam adverbium, liquido,
significat sufficere quod semel coniperit; & præte-
ributum, infanum, indicat non satis esse sanitatem re-
cuperasse, sed sufficere ad irregulariter atem defecum
illius passum esse aliquid. Respondeatur, aliud esse
locum di impedimentois; o sacerdandi ordines, aliud ve-
rendi iam suscipi. De primo dicendum est. hanc
irregularitatem perpetuo manere ad suscipiendos
ordines ob talenm defectum, erians iudicium ra-
tionis refutatum sit. Ita sententia communiter au-
tores citati, & expresse Gratianus in §. vlt. 15. quæst.
1. & insufficienter probatur ex illo texu, quem suppo-
nuntus esse usum receptum, aut referre antiquam le-
gemi; nam profecto actor eius, qui fuit auctor libri
de Ecclesiasticis dogmatibus (quamvis Gratianus
citer ex Gregorio) potestatem non habuit condon-
di legem. Est autem ibi sermo de irregularitate in
ordine ad promotionem, ut pater ex illis verbis,
Cœlicum non ordinandum, &c. Ratio vero est, quia
qui semel paup. est hanc ægritudinem, raro præsus-
picio perfecte sanus absque timore reincidendi; &
ideo merito non admittitur ad ordinis, vel saltæ
desideratur Prælati approbatio, ut prius ei constet
de sanitati integer recuperata. Hoc autem intelligendum est de amentia, quia est, ut ita dicam, per
modum habitus, & habet propriam ac permanen-
tem causam, fundatam in propria lassione organo-
rum, vel humorum. Nam si quis ex vehemeti febre

Fr. Suarez tom. 5.

Amittat usum rationis, & deliret, vel etiam furiosus
sit, nullam inde contrahit irregularitatem, quia
ille simpliciter non potest dici a mens aut furiosus:
nam (vt Aristoteles dixit) passio transiens non de-
nomina simpliciter. Neq; in hoc locum habet pe-
riculum, vel indecentia, quæ in proprio amente. Et
ita habet communis usus, ve notauit Maiolus lib. 2.
cap. 31. nu. 5.

At vero in clero iam promoto talis defectus su-
perueniens non deicit illum perpetuo ab usu ordi-
nari, sed solum quadam talis defectus durat. Ita
docet Gratianus in dicto §. vlt. & Glossa vlt. in d.c. Gratianus
Marium, & sumitur ex Nauarro n. 203. & Sylvestro
verbo. Corpore vltati, quæst. 8. Antonino 3. part. tit.
28. cap. 5. in fine. Et probari potest ex cap. Illud, 7.
quæst. 1. & melius ex cap. In talis luteris, 7. q. 2. Requi-
ritur tamen ut omnino sit sanus, & per tempus diu-
turnum prudenti arbitrio alimandum, in sanitate
confirmatus. Maiolus autem supra censer necessari-
um, ut Episcopus indicet de sanitate recuperata:
vnde nullum disciri facere videatur inter rece-
ptionem ordinum, & usum ordinis suscepit, nam ad
veramq; requirit approbationem Episcopi, & eam
in utroque casu sufficere arbitratur. Veruntamen
probabilis est, quod Nauarrus, & alii dicunt, ad
recipiendos ordines, requiri Pontificiam dispensa-
tionem, quia est verazzarularitas, cuius dispensa-
tio nulli conceditur Episcopo. Ad usum autem or-
dinum securius quidem est postulare indicium, &
confessum Episcopi, quia licet in amentibus non sit
forte hoc in iure expressum, tamen in epilepticis, de
quibus eadem ratio est, ut dicens, id statuuntur in
capit. Communiter, 33. dist. Vbi etiam statuuntur vnius
anni tempus expectandum est ad hoc iudicium;
quod, ut opinor, non est in usu, sed prudenti arbitrio
reliquitur. Tunc autem, si res vere ita exigat,
Episcopus tenebitus suum consensum praebere, quia
potius est iusta declaratio, quam gratiola dispensa-
tio: nam haec irregularitas non est simpliciter per-
petua, sed durante causa, & ea cessante, cessat absq;
ulla dispensatio. Et ratio esse videtur, quia hi per
ordinationem habent ius acquisitum ad usum e-
ius, & ideo sine culpa non amittunt illud per super-
uenientem causam, nisi durante illa, ut in sequentiis
bus amplius videbimus.

Atq; ad hunc modum loquendum est de lunati-
cis, & similibus, qui per temporum internulla amit-
tent usum rationis. Item de epilepticis, seu qui ptica &
morbum caducum patiuntur, qui pro tunc etiam
usu rationis primantur: nam hi etiam irregulariter
sunt, & si ordinatio non sunt, quamvis morbo inte-
græ liberentur, ordinari non possunt, ut pater ex ro-
ta distinctione 33. & ex eisdem autoribus: si autem
erantiam ordinati, distinguendum est quod usum
ordinis. Nam vel frequenter patiuntur talem defec-
tum, & tunc durante morbo non debent ministrare:
vel patiuntur raro, & subdistinguendum est. Nam
si aliquid tunc esset, quod indecentiam vel hor-
rorem afficeret, ut est ore spumare, vel quidpiam si-
mile, omnino abstinere debent: si autem raro sit e-
uentus & sine huiusmodi circumstantiis, non pro-
terea priuantur omnino ministerio sacrificandi;
præsente coadiutori, qui supplere possit defectum;
si contingat, & seruatis tali loco & tempore, in qui-
bus omne cesser scandalum. Quæ resolutio sumitur
ex cap. 1 & 2. quæst. 2. & ex cap. Illud, 7. quæst. 1. & ex
citatis autoribus. Estque tota rationis contentanea:
nam in ea habetur ratio decentiae, & reverentia sa-
cramenti & iuris ac solatii sacerdotis, sine culpa pa-
tientis, quando fine periculo sacramenti fieri po-
test. Vnde à fortiori constat, si huiusmodi defectus
seu morbus omnino tollatur, tolli etiam impedimentum
utendi ordinibus susceptis, sicut de amen-
tia dictum est: est enim eadem ratio, & eodem mo-
do declaranda:

Ttt 3 Deniq;

Deniq; fere idem dicendum est de arreptiis, qui à dæmoni vexantur, & tunc etiam usurrationis, & libera facultate vtendi exterioribus membris pruantur, nam hi etiam irregulares omnino sunt ad ordines suscipiendos, & ad usum susceptorum, eodem modo quo alij, de quibus diximus, & cum eadem distinctione. Nam quoad ordinis nondum susceptos est irregularitas perpetua, etiam si semel tantum quispian hoc passus fuerit, ut constat ex dicto ca. Maritum. Quoad usum etiam ordinis iam suscepti aliqui existimarent, in demoniaco ob speciem deformitatem irregularitate esse perpetuan. Probabilis autem est, idem esse secundum iudicium de illis, ac de ceteris, & cum eisdem omnino distinctionibus. Ita enim sumitur ex cap. Communiter, &c. Clerici, & c. V/que, 33. dist. & ex Glossa i. in eodem cap. Communiter, quam sequeuntur Sylvestri. Nauar. & alii supra, & Burgafius de Irregularitate, tit. de Corpori vitiis. n. 78. Priori vero parti huius resolutionis obstat videatur canon 78. Apostolorum, qui sic habet: Si quis danonem habet, non fiat Clericus: sed neque cum sacerdotibus preceptor: purgatus autem recipiatur, & si sit dignus, fiat. Respondetur, vel posterioribus temporibus, existente maiori numero fidelium, qui sine his incommodis possent ad hos manus assulm, legem illam amplius restrictam esse: vel certe etiam tunc intelligendam fuisse interueniente dispensatione, que facile concedenda erat virtute illius canonis, interueniente dignitate personæ.

De ignorantibus, an sint irregulares.

Tertio, magis proprie pertinet ad hunc defectum animi imperitia, seu ignorantia literarum, que si tanta sit, vt priuer scientia, seu eruditio secundum canones necessaria ad aliquem ordinem, irregularitatem confundit inducere, ita &c. Illiteratos, d. 35. quia literis carens (dicitur) sicut non potest esse aptus officio. Et quod illa sit propria irregularitatis, patet quia eodem modo proponitur a Gelasio Papa in illo texu, ac irregularitas ex defectu integritatis corporis. Idem habetur ex ca. vlt. de Reg. & qualitat. in quo specialiter sermo est de Episcopo. In e. autem C. in causa, de Elect. dicitur, foris quidem ad Episcopatum, tamen ad omnem etiam sacra ordines literarum scientianam sufficiat. In c. vero vlt. de Temp. ord. in 6. precipitur Episcopis, vt illiteratis primam etiam tonsuram non conferant. Que vero peritia ad haec sufficiat, declaratur in Concil. Trident. sess. 23. cap. 4. de Reform. tantum tamum requirit ad primam tonsuram, vt quis fidei rudimenta & legere, ac scribere sciat. In cap. vero 11. admittuntur ordines postulati, vt saltem Latinam linguam ord. n. mandint illigant. & quod de gradu in gradum in e. vlt. meritorum, & doctrina maior accrescat, & quod majoris scientie spem a viris ordinibus dignoscendit. In cap. vero 13. ad Subdiaconatum, & Diaconatum requiriunt, vt quis sit instructus in literis, & ijs, quia ad exercendum ordinem pertinent. In Presbitero v. postulat in c. 14. vt comprobetur idoneus ad populum docendum ea, quia scire omnibus necellarium est ad salutem, & ad ministranda Sacramenta. De scientia vero necessaria in Episcopo nihil aliud dicit in sess. 7. c. 1. de Reform. quam quod in dict. ca. Cum in causa statuitur. In sess. autem 22. c. 2. addit, vt ea scientia polleat, vt necessarii sui muneri possit status facere? & ideo requirit, vt sit magister, Doctor, aut Liebatus in sacra Theologia, aut in iure canonico, vel vt saltem publico alicuius Academiae testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur; vel si regularis sit, a suis Superioribus similem fidem habeat. De hac vero scientia ordinandorum ex professo dicendum est in propria materia de Ordine. Nunc solum aduertendum est, hanc scientiam partim esse posse iure naturali, & diuino requisitam, partim humano, seu Ecclesiastico, Priori modo defectus talis sci-

entia contrarius non pertinet ad irregularitatem propriæ sumptam, vt constat ex dictis in principio huius materie, quia omnis irregularitas impedimentum canonicum esse debet. Ex prædicto autem iure naturæ solum petitur illa scientia, que absolute est necessaria ad legitimū usum suscepit ordinis: nam iure naturæ, vnuquisq; tener non suscipere ministerium, vel officium, quod debite praescribat secat. Quia vero is, qui ordinatur, non tenetur iuram exercere ordinem susceptum, & potest habere animum comparandi scientiam ne a sacerdoti ad exercendum illum, & antea non ministrare iure ex iusta natura rei raro potest certa, & necessaria obligatio circa hoc sapienti, vel certe rarissime. Quapropter maxime sunt circa hoc obseruandi canones Ecclesiasticinam defectus illius scientie, quam ad singulos ordinis ipsi canones requirunt, inducer hanc irregularitatem ad illos suscipiendos.

Sed quæres, an hoc irregularitas impedit etiam usum ordinis suscepit: nam iuxta generalē dictū. An immixtum superius traditam ita abhendendum videatur, quia hoc irregularitas absoluere, & sine illa limitare punitur. Et hec est natura, & institutio irregularitatis sic imposita, vt prius impedit ordinum susceptionem, & si accipiuntur, postea impedit ordinum usum. Respondetur, hoc fine dubio verum esse, quoties illiteratus vel furtive, vel iniquum favorem, vel quacumque alia ratione mala fide sic ordinatur: manet enim suspensus ab ordine, non tantum propter nouam censuram contractam (de qua iudicandum est iuxta principia positā in propria materia) sed ex vi prioris irregularitatis, ut probaturatio facta. Nonnulla vero dubitatio esse posset, si quis bona fide ordines acceperit, ignorans probabiliter dispensationem iuris, suamq; obligationem, quia simpliciter postulans ordines a suo Pratalo, nulla alia diligentia facta illam approbavit, & securum in conscientia reddidit: tunc enim cum per ordinem acquirat ius ad usum eorum, non videatur illo privandus culpa. Respondeo nihilominus, illi manere impeditum, donec defectum illius abiciat: quia lex absoluta est, & excusatio illa est valde per accidens, cu ha irregularitas non sit propter culpā, sed propter iustam causam, que nō obstante illa excusat, integrata manet. Neq; enim scientia postulatur in Clerico propter receptionē ordinis, sed maxime propter usum, & consequenter propter decentiam talis scientie. Quo ratio erit tunc perseverat, ut notum est.

Tandem inquiri hoc potest de ablatione, vel dispensatione huius irregularitatis: duobus enim modis auferri potest: primo ablatâ ignorantiā; & tunc dico, cessante causa, cessare effectum, quia per se, & omnino in illa sola fundatur: quod existim vero, non solum ut recipi possit ordinis nondum suscepit, sed etiam ut exerceri possit iam suscepit, etiā inique cum tali impedimento recipi int. Quod tamen intelligentem est præcisē de impedimento prouenientē ex hac irregularitate: quod ideo afferro, quia si noua suspensiō contracta est per indignam ordinationem, illius absolutione erit necessaria; tamē illa obtenta, & exclusa ignorantia per suscitentem scientiam, non erit necessaria alia dispensatio in hac irregularitate ad usum ordinis sic suscepit: quia culpa in hoc commissione non aggrauat (vt sic dicam) irregularitatem in scripta, nec mutat naturam eius, que est. Ut hac irregularitas in ignorantia, que actu dure fundetur. Alio ergo modo intelligi potest hanc irregularitatem tolli durante ipsa ignorantia: & hoc clar est fieri non posse absque dispensatione, cum sit contra ius. Certum etiam est, talem dispensationem nō posse per Episcopum concedi, quia nullibi datur ei talis potestas, & alium de talis dispensatio est contra ius commune, & Pontificium. Quidam de Summo etiam Pontifice multi existimant, non posse in hac irregularitate dispensare, quia est contra de-

Sect. II. De irregularitate ex defectu corporis.

775

uum ius. Quod sentit Maiolus lib. I. c. 22. n. 13. refens Innocentium in ca. *Dicitur*, de Tempor. ordin. ibi tamen non loquitur de Pontifice, sed de Episcopo: unde per argumentum ab speciali posset inferri contrarium ex mente eius. Refert etiam Felinus in ca. *Inquisitionis*, de Sententia excommunicationis, qui aperie ita sentit in n. 4. Innocentium in ca. *Cunnostris*, de Concess. præbend.

Dicendum ergo est, aliquid esse hic de iure diuinio, & naturali, aliquid vero de iure Ecclesiastico, ut explicemus. In eo ergo, quod iurius diuini est, non potest Pontifex dispensare: est enim intrinsece masculum, quod quis utatur munere sine scientia necessaria ad debitum vsum. Quia vero non est contra ius diuinium habere ordinem non utendo illo pro aliquo tempore, in quo possit sufficiens scientia addici: ideo non est absolute contra ius diuinium ante scientiam acquisita: ordinem recipere: in hoc ergo poterit Papa valide dispensare. Item si ex iure humano ali qua major scientia postulatur, quam ex natura rei necessaria sit, in hoc etiam poterit Papa dispensare. Item si talis defecit sub aliqua pena canonica vel censura, ut illa non incurritur, poterit dispensatio Papæ deseruire. Atq; hoc modo potest dispensari in hanc ignorantia, quatenus ratione in irregularitatibus habet: nam irregularitas, vt sic, ad ius positivum pertinet. Et hoc est, quod Turrecremata sentit in c. *Sin laicis*, dist. 38. sequitur Bernard. Diaz in practica, cap. 22. vbi Salcedo plura ex iure, & Doctoribus refert, ex quibus potest hæc sententia eliciti, quanquam ita exposta per se se caret omni difficultate. Addit vero Nauarrus c. 27. n. 205. Papam raro, vel nunquam dispensare in hoc defectu, nisi forte indirecè dispensando in ætate, in qua nondum potest esse acquisita scientia: arbitror tamen rarissimam etiam esse tantam dispensationem in ætate, quæ ad scientiam absolute necessariam non sit fatis, etiam fortasse ad maiorem scientiam non sufficiat.

Quarto nominari hic solet alia irregularitas ex defectu honestæ vite: veronamē hac coincidit cum irregularitatibus omnibus ex defecto provenientibus, de quibus iam dictum est: neq; hic defectus contingit sine culpa, & ideo ad præsens non spectat.

SECTIO II.

Qui defectus corporis irregularitatem inducent.

Primo loco hic numerari solet sexus foemineus: sed hic non irregularitatem, sed incapacitatem inducit: quia foemina ita est incapax ordinis, vt si illi conferatur, nulli finit, iuxta communem sententiam Theologorum, & omnino certam, de qua latius in 4. dist. 25. Quamvis autem de foeminae hoc certum sit, quando in eo solum sexus constituantur: si aliqua persona vtrumq; participet, sitq; hermaphroditus, poterit ex hoc capite contrahiri aliqua irregularitas. Circumquam doctrinam communis est, si persona aliqua vtrumq; sexum & que participet, vel magis inclinet in sexum foemineum, non solum irregulariter esse, sed etiam incapacem characteris ordinis. Ita docent communiter Theologii in 4. dist. 25, vbi præsertim Paludanus q. 3. Soto q. 1. art. 3. Nauarrus c. 27. nu. 203. Sylvestris, & omnes Summittis, verbo *Hermaphroditus*. Antonius, part. t. 28. c. 6. s. 5. Ex ratio esse videtur, quia talis persona non est absolute, & simpliciter vir: quia vel magis inclinat in foemina, vel saltet neutrā denominationem absolute recipit. Neq; obstat, quod Iurisperiti dicunt, in eo casu optionem esse dandam hermaphroditum, cui sexu malit inseruire, vt ex multis refert Tiraquellus de iure primigeniorum, q. 17. opin. i. nu. 15. Id enim locum habere potest quoad ciuiiles, & externas actiones, non vero quoad capa-

citatem ordinum: hæc enim non pendet ex vñi vñi, vel alterius sexus, neq; ex voluntate habentis vtrumq; fed ex naturali conditione personæ, supposita institutione, qua credimus, pro viris seu masculis esse tale Sacramentum institutum. At vero si magis inclinet in sexum virilem, capax quidem est characteris, quia simpliciter censetur vir, juxta. *Queritur*, ff. de Statu hominum, & I. Reputundarum, ff. de Testibus, &c. *S. testis*, vers. *Hermaphroditus*, 4. q. 3. Nilominus tamen ob indecentiam, & monstruositatem est irregularis ex omnium sententia, qua fundari potest in c. 1. 26. dist. vbi generatum corpore viatis irregularis huius. Talis autem fine dubio est corpore viatus, & monstruosus; & ideo absque dispensatione Papæ ordinari non potest, vt Nauarrus supravnotat, & sententiam Archidiaconus in dicto vers. *Hermaphroditus*, 4. q. 3. & ibidem Glossa, & reliqui Doctores citati.

Atq; hinc intelligitur, quid dicendum sit, si contingat foemina crumpente natura in virum mutari: id enim aliquando accidere testis est Plinius foemina lib. 7. c. 4. Nam vel illa mutatio ita fit, vt eterne sexus in tali persona maneat: & tunc iuxta distinctionem in superiori propositam respondendum est. At vero si mutatio fit totalis, ita vt iam non maneat foemineus sexus, sed tantum virilis: in eo caso credimus non solum esse capacem ordinis, sed etiam non esse irregularis, quia iam est tamen in sexu masculino: & quamvis extraordinario, & (vt ita dicam) monstruo modo ad ilium perueniat, tamen iam in tali termino constitutus monstruosus non est, nec corpore viatus, neq; ex priori mutatione aliquam indecentiam, vel maculam contraxit: unde nulla apparet irregularitas in iure expressa, quæ hunc comprehendat. Atq; in eo cau posset verum habere opinio Burgalij de Irregular. pars 5. tit. de Corpore viatis, n. 22. So. in in cap. *Sententiam sanguinis*, ne Clerici, vel venentes: dicentum, hermaphroditum, qui transit, vel inclinat in masculinum, non esse irregulari: si enim hoc sentiant, durante adhuc vtroq; è sexu, falsum dicunt, vt ostendimur: ergo vt illud dictum in aliquo sensu verum habeat, oportet, vt sexus foemineus omnino extintus sit, & in masculinum commutatus.

D Secundo numeratur hoc loco irregularitas ex defectu ætatis. Disponunt enim sacri canones, vt in *L. Defectus* vñi, ad certam ætatem ordinari possit, vt supra tractando de suspensiōnibus breuiter attigimus. Defecit ergo ætatis requisita secundum canones ad aliquem ordinem est quedam irregularitas, quia est impedimentum canonicum impediens ordinis susceptionem, & vsum, vt colligitur ex *Clementina* vlt. de *Ætat.* & qualit. ibi: *Alio non obstante impedimento canonico*, & ex multis alijs decretis, 77. dist. 25. Iurisperitorum circa iura citata, & in c. v. non est comp̄s, de Temporib. ordinat. Couarruix in *Clementina* *Si fueris*, s. i. n. 4. Maioli, lib. 1. c. 30. Neq; obstat, si quis obiciat, irregularitatem debere esse impedimentum perpetuum, hunc autem defectum ætatis temporale esse: dicendum est enim non esse de ratione irregularitatis, vt absolute perpetua sit sed solum vt durante causa eis, semper infit: non tamen repugnat, quod talis causa vel per alia remedia vel solo tractu temporis auferri possit.

Hic autem dubitari solet, an ordinatus ante legi timam ætatem, exercendo actus ordinis ante completam ætatem nouam irregularitatem incurrit. *An* *dina* *tus ante* *legitima* *actum* *titus* *ætatem* *fiat irregu* *laris exer* *cendo or* *dines*. Quod late tractat Couarruix scitato locore, ferens opiniones, & authores. Nobis vero questio illa necesarria non est: supponit enim aliam, an perturbat ordinacionem noua censura suspensionis sit contracta, necne. Si enim ipso facto non incurrit, noua suspensio (vt antiquo iure) nec noua etiam irregularitas contraheretur. At vero supposito iure

Ttr. 4 Pij

Bernard.
Diaz.
Salzedo.

Nauarr.

12.

Paludan
Soto.
Nauarr.
Sylva.
Anton.

Pij II. ex vi cuius talis suspensio incurritur, consequentia est, ut exercendo ordinem ante etatem legitimam noua irregularitas contrahatur; ut supra dixi. In eo vero casu obtenta suspensionis absolutione, & dispensatione irregularitatis contractae cibis crimen celebrandi, si iam aetas legitima complicita est libere poterit quis in suscepito ordine ministrare. Et simili modo si quis ante legitimam etatem celebrauit, post illam impletam absolutus a suspensione poterit libere ministrare, sicut antea quando illa suspensio ipso facto non incurrebat, cum sola penitentia peccati commissi in prematura ordinatione poterat ministrare. Quia haec irregularitas per complementum aetas purgatur, & non sit magis indebita (ut sic dicam) propter peccatum in accipiendo ordine commissum, si alia censura, vel non unum impedimentum canonium additum non est, vel non perdurat.

Quare vero tandem aliquis, an possit haec irregularitas contrahi per nimiam, & decretitam etatem. Respondeatur si precise, ac formaliter in ratione etatis istamus, nullum argumentum, vel antiquitatem eius irregularitatem inducere: nullus enim circa hoc terminus per canones praefixus est. Et merito, nam semel aetas per se auctor est ad factos ordinis, ut significat Anacletus Papa epist. 2. & refertur in ca. vlt. 84. dist. & Siricius Papa e. Quia unque, 77. dist. quia illa aetas maior est, & ad prudenter, certitatem, & religionem aptior. Dixi autem precise, ac formaliter sistendo in ratione etatis: quia si tantum sit selectus, ut declinet in morbum, seu illi aquilinæcas quoad impedienda organa, vel impediendas vires necessarias ad ministerium ordinum, sic quidem non minus inducit irregularitatem, quam morbus pperitus, de quo infra diceatur. Imo iam haec non irregularitas tantum, sed incapacitas quadam censeri potest, non quidem ut ordinatio talis persona fiat, inutilia sit (nam reuera tenebit, & impetrat characterem, quia capacitas absoluta semper manet in homine, quantumvis impeditus sit) sed quia est illicita talis ordinatio, non tam ex prohibitione Ecclesia, quam ex natura rei, eo quod per eam quispiam assumatur ad id, ad quod est prorsus ineptus. Ideoque illud impedimentum non videtur propriæ canonici, neque in eo potest ponit ex dispensare, si ineptitudo duret, & iam perpetua censetur, ut potest ex senectute proueniens. Et hoc sensu intelligendum censeno, quod dixit Glossa 2. in cap. 1. 85. dist. senectutem impetrare promouendum, non tamen deicere promotum. Nam postquam aliquis ordinatus est, licet præniam senectute non possit commode ministrare, permititur, ut cum aliquo adiutorio, vel commodiatio quasi dispensatoria potest ministrare argumento e. Illud, & c. Pauli, cum alijs, 7. q. 1. & cap. Literas de Renuntiat. & faciunt dictam simili in sequit. præced.

De his, qui se ipsis mutilant.

Tertiò inducitur haec irregularitas per vitium corporis consistens in aliquo membris mutilatione impeditientis usum ordinum, vel inducentibus deformitatem, ac proinde inducentiam. Haec est communis sententia, & multis iuribus fundata, quæ videri possunt dist. 55. & in tit. de Corpore vitiatis. & t. de Clericis & grot. minist. Quanquam vero res haec late à Doctoribus tractari soleat: quia tam magis ex patre reducitur ad prudens arbitrium, ideo paucis principiis illam comprehendam. Primum ergo aduentendum est, aliud esse passim tantum carere aliquo parte corporis, vel à nativitate, vel hominum iniuria, vel alio casu contingente; aliud vero esse, actus se ipsum voluntarie mutilare, vel aliquam sui corporis partem abscondere: in virtuo, ergo casu potest incurri irregularitas. Verum posterior magis incurritur propter culpam actiæ

A abscissionis, quam propter carentiam membrorum, quamvis virtutumque consideretur. Quod ergo videtur, hoc seu defectus corporis provenit ex hac causa, scilicet propria voluntate, & culpa se multando, est generalis regula, siue antecedat, siue sequatur ordinationem, siue abscissio fit alicuius membrorum principali, siue parti eius, siue non habilitate impedire, aut deformare, siue non, irregulariter inducere, dummodo tanta sit mutilatio, quæ per se & secunda in aduentitia, siue peccato mortali fieri non posset. Ita colliguntur ex c. Qui pariem, dist. 55. dum ait, illum esse irregularē, qui partem cunus habet digubilis abscindit, cum tamen carentia illius partis alias contingens non inducat irregularitatem, ut ibidem dicitur. Et ratio est, quia in non confidit, ut in aliis seculis ex abscessione vel clauso, sed voluntate effundata, quæ sibi auctor etiam in initio: ut ibidem subiungitur. Atque hoc manifestum est, quando aliquis directe, & per malignationem, atque iram, talen partem libi abscedit.

Secus vero esse videtur, si contingat partem illam ab alio ascendi non sine culpa eius, qui patitur, nam ipse non cooperatur directe ad occisionem, sed omnino ab alio fit, non videatur incurri haec irregularitas, iuxta capit. 1. de Corp. vitiatis, vbi quidam, qui in duello voluntario partem digubilis amittit, quæ celebrationem non impediens, non censetur regularis. Et confirmatur, quia tunc cessat ratio dicti. C Qui pariem, quia longe atrocior culpa est in se ipsum ferum sumere, quam pugnare cum aliquo cum hoc periculo. Atque ita sentit Nauarrus capit. 27. num. 198. citans Cardinalem. In contrarium vero ponderari potest dictum ca. 1. de Corpore vitiatis, quia in eo casu non simpliciter, sed ex dispensatione permittitur Clericus ministrare in suo ordine, ut patet ex illis verbis. Potest cum eo misericordia agere, & permittere. Quæ ita intelligent Panormitanus, & alii. Respondeatur cum Nauarro, super hanc dispensationem non fusile necessariam propter vitium corporis, sed propter grauem culpan a Presbytero commissum, sponte ingrediendo duellum. Quod illa verba textus significant: *Lacet animosq; exponit modum exitus.* Potest autem illa nimirum dicimus, intelligi vel per anticipationem (ut sic dicam) vel propriam dispensationem. Forte enim illi Clerici per illud delictum non incurrit suspensionem ipso facto, erat tamen dignus illa, per indicem inferenda: satis ergo misericorditer cum eo agitur, dum pena illa non imponitur, sed permittitur ministrare, & hanc voco anticipatam dispensationem. Vel potest intelligi delictum fusile publicum, & scandalosum, infamiamque inducisse, ac proinde dispensationem, cuius dispensatio necessaria erat, quia ibi committitur Episcopo: nam dispensatio in irregularitate ob defectum membris non est in ure commissa Episcopo.

Addendum vero velerius est, quamvis aliquis non directe se ipsum munit, sed ab alio, si tamen sua culpa munitur, & abscissio fit alicuius membris principali, semper inducere irregularitatem, etiam membrum illud sit occultum, & non impedit usum ordinis, nec affterat aliquam deformitatem, quæ scandalum, vel indecentiam in usum ordinis inducat. Ita Nauarrus dicto num. 198. citans Hostiensem, Ioannem Andream, & communem sententiam. Exempla sunt, si aliquis in poemam delicti nullum iudicetur, si in nichil fiat: idem si inuenetus cum adultera à marito idem per iniuriam paratur; aut si iniuste aggrediens alium, ab ipso munitur, &c. Quæ sententia fundari potest in cap. Ex parte de Corpore vitiatis. ibi: *Qui se ipsis animi abscedint, vel affterant, ut ab aliis abscedantur.* Nam in his irregularitatibus indirecta voluntas, seu voluntarie exponere se tali periculo, & equiparatur directo affectui. Quæ sententia securior quicquid est, ut pote communius recepta

Sect. II. De irregularitate ex defectu corporis. 777

Recepta: tamen siura in rigore inspiciantur, omnia & loquuntur de propria culpa scilicet abscindendi, aut mutilandi ex indignatione, aut ex aliquo indiscretu zelo, ut videtur licet in cap. Si quis, i. 2. & 3. & cap. Huius, 55. dist. & cap. Maritum, 33. dist. & in can. 22. & 23. Apostolorum. Hoc autem virtutum plane requiri videtur propriam voluntatem, quam etiam indicat dictum cap. Ex parte in verbis illis: vel affectauerint: nemo enim dicit, eum, qui cum adulteria peccat affectare, ut a marito abscondatur. Denique in dicto cap. Qui partem, hoc significant illa verba, In illis voluntas est iudicata, quae fibris causatur, &c. indicat enim speciem quamdam audaciam & ferocitatem in seipsum, quae non reperitur in solaindirecta voluntate exponiendi se periculo in patendi ab alio. Sicut in aliis iuribus ferentibus censuras contra eos, qui presumunt, aut temere faciunt, &c. expendimus illa verba, ut inde colligamus non sufficiere indirectam voluntatem per ignorantiam, &c. ad incurandas illas censuras: ita ergo videtur in praesenti dicendum, seruata proportione. Haec igitur coniectura probabilitatem suadent in his casibus non incurri irregularitatem ex hoc speciali capite abscondi, vel mutilandi, scilicet nihilominus ex generali ratione mutilandi, vel existendi causam mutilationis alicuius, non videtur posse excusari irregularitas. Nam si esset simili modo causa talis mutilationis in alio, esset irregularis: ergo & in se ipso. Et ita tunc habet locum distinctione insinuata: nam quando aliquis in seipsum temerarias manus iniciit, non solum non consideratur deformitas, aut impossibilitas ad ministrandum, verum etiam nequa perfecta membra mutilatio necessaria est, ut iam declarauit. At vero quando irregularitas prouenit ex alio modo culpe, necessaria est, ut mutilatio sit perfecta, qualis supra tractando de homicidio declarata est.

De his, qui alias membrorum defectus patiuntur.

¶ **O** Missa ergo culpa mutilationis, vel abscissionis actiue, circa passuum mutilationem, seu defacementum alicuius membrorum corporis, qui ex se abstrahit a culpa, viterius distinguendum est: aut enim agimus de illo, qui nondum ordinatus est, respectu ordinis suscipiendo, vel de Clerico iam ordinato respectu vissus ordinis iam suscepti. Rursus distinguendum est de qualitate defectus: aut enim talis est, ut impedit vissum ordinis, ne secure, & sine periculo fieri possit, vel saltem tantum afferat deformitatem ut sine scandalo, & indecentia non possit sacram ministerium exercere: vel neutrum ex his incommodis assert.

¶ **P**rimo ergo dicendum est, quories mutilatio non habet adiumentum aliquid ex dictis impedimentis, per se, ac seclusa culpa, non inducit irregularitatem. Ita docent omnes Doctores. Summis verbis *Iregularitas*, & verbo *Corp. vitiat*. Nauarrusn. 199. Contrauias in Clementina, *Sifuriosus*, parte i. s. nu. 5, qui alias referunt, & colligitur ex etatis capitulis dist. 55. & dicto canone 22. Apostolorum, in quibus dicitur, eunuchos factos sine propria culpa non esse irregulares: eadem enim ratio est de quolibet alio simili defectu cuiuslibet partis. Item ex c. i. & vlt. de Corpore vitiat. in quibus defectus non impediens vissum ordinum, nec afferentes grauem deformitatem, non consentit inducere irregularitatem. Idem expresse in cap. Qui partem, & cap. Si quis infirmata, & cap. Lator, & cap. Praecipita, distinet. 55. Ratio vero est, quia fine causa, vel culpanon imponitur irregularitas: hic autem non est culpa, ut supponimus, neque etiam causa, quia haec respicere debet vissum ordinum; si ergo ad talem vissum neque est indecentia, neque obseculum, cessat omnis causa impendi irregularitatem.

Secundo dicendum est, quando defectus membra grauem, atq; indecentem deformitatem afferat, vel impedit vissum ordinis, inducit irregularitatem simpliciter in laico, ne ordines suscipere possit; vel in Clerico, non ascendere possit ad ordinem nodum susceptum. Hoc etiam est certum, & commune, & habetur ex cap. vlt. dist. 55, vbi defectus oculi dicitur inducere irregularitatem in Diacono ad sacerdotium absolute, & sine exceptione; qui defectus non impedit absolute sacram ministerium: sed tamen propter deformitatem statuerunt canones, ut irregularitatem induceret. Neq; ad hoc opogret distinguere de sinistro, aut dextro oculo: nam licet hoc possit conferre, ut si facilior, vel difficilior dispensatio; non tamen refert, quominus in vtroq; causa inducatur irregularitas, quia canones in hoc nichil distinxerunt; & ideo nec distinguendi licentiam nobis reliquerunt, & in dict. c. insinuat, & ibi G. notauit. Et iuxta hoc exemplum iudicandum est de reliquis defectibus membrorum inducentibus solam deformitatem.

Evidenter autem est necessitas quando inducit impossibilitatem, ut est defectus alterius manus, de quo in c. Expofusisti, de Corp. vitiat. vbi Gloss. aduertit, idem esse si delit digitus ad fractionem h. lit. v. g. necessarius; & sumitur ex ca. vltim. eodem titulo ibi, Si ad frangendam Eucharistiam si in pollice ipso potest: si ergo esset importens, irregularis esset. Ex quo obiter colligitur, non solum mutilationem membra, sed etiam abscissionem partis eius veletiam solam debititationem membra, si hoc impedimentum ministrandi afferat, eandem inducere irregularitatem: quia haec fundatus formaliter (vt sic dicam) in carensia membra, sed predicto impedimento, vt ex dicto ca. conflat, & ex c. Presbyter. de Cler. agrot. ibi. Quia neceps propter debilitatem, nec sine scandalo propter deformitatem in membris hoc fieri posse confessus. Ibi enim duae illae rationes afferuntur; quia in eo cau concurrebant, non quia ambo simul necessarie sint; quilibet enim earum per se sufficit. Quia potius haec ratio impedimento adeo est intrinseca & necessaria, vt videatur esse potius ex naturali lege, quam canonica, & ideo non pertinere propriam irregularitatem. Nihilominus tam eni*m* est propria irregularitas, primo, quia non solum impedit, quando est manifesta impossibilitas, sed etiam quando est ranta debilitas, ut possit esse morale periculum in debito vissu. Secundo, quia impotens vniuers, vel alterius vissu non ita reddit personam incapacem ex sola rei natura, ut nec valide, nec licite ordo recipi possit: nam idem ordo potest habere plures actus, & defectus membra potest impeditre unum & non aliud, ynde, seclusa irregularitate, posset ordo accipi saitem propter alterum actum. At vero talis est haec irregularitas, quando antecedit ordinum susceptionem, vt omnino impedit receptionem ordinis, etiam si defectus vnum tantum eius actum principalem impedit, vt constat ex predictis iuribus & ex autoribus citatis, & in sequenti assertione amplius declarabitur.

Tertio dicendum est, quando talis defectus superuenient ordinationi sine culpa ad illum tantum vissum ordinis irregularitatem inducit, qui sine scandalo, vel periculo exerceri non potest. Ita docent citati authores, & Innocent. Panorm. & alij in cap. i. de Corp. vitiat. & in cap. secund. de Cleric. agrot. ex quo textu manifeste probatur ibi, ipsum autem cetera sacerdotalib. officiis fungi minime prohibemus. Inde enim constat sacerdotem, cui manus, v. g. sine culpa seclusa est, licet celebrare non possit, posse confessiones audire, quia ad hoc ministerium non est necessaria manus, quanquam si ille defectus antecedisset, nullo modo posset ordinari. Idem est circa defectum cecitatis, nam antecedens omnino impedit sacerdotium, c. i. 49. dist. & clariss. in can. 76. Apostolo. vbi de

620-

Maiol.

cæco, & surdo idem dicitur, ut notat Maiol. lib. i. ca. 29. In quam sententiam inclinat Nauar. conf. 6. & 7. de Corp. virtut. quamvis oppositum censeat probabile, quia non putat esse in iure expressum: sed certe, in eo can. expressum est, & quamvis ibi sit sermo de Episcopo, tamen sub illo comprehenditur presbyter iuxta modum loquendi Pauli 1. ad Timot. eo tempore visitatum. At vero cœgitas superueniens sacerdoti, impedit quidem celebrationem, non vero absolutionem à peccatis, & è contrario surditas moraliter impedit ministerium confessionis (loquitur enim de omnino surdo, non de turdastro) & non eamen impediet ministerium celebrandi, quia non est simpliciter necessarium, ut sacerdos audiat ministerium respondentem, satis enim est quod moraliter sit certus illum respondere quod signis etiam & oculis potest aliquo modo percipere. Vnde etiam fit, post sacerdotem impeditum dicto modo ad celebrandum, in diaconatu, vel subdiaconatu solenniter ministrare, tum à paritate rationis, veletiam à fortiori, tum etiam quia hæc omnia comprehendantur sub officiis sacerdotalibus. Et ad hoc etiam citari solet cap. Significavi, de Corpore virtut. Sed in casu illius textus irregularitas reuera fuit contracta ex culpa se abscondendi, & ideo ab vsu omnium ordinum impidebat. Concedit autem Pontifex Episcopo potestatem dispensandi in vsu sacerdotalis officii absque altaris ministerio. Inde vero sumitur argumentum à fortiori, quando irregularitas est in causa inculpabilis, non impedit sacerdotem ab vsu inferiorum ordinum, si alias decenter, & sufficienter fieri possit. Quæ omnia communiter recepera sunt: Neque villam habent difficultatem, nisi in explicando, quando & quomodo iudicandum sit defectum membra sufficiens impedit, vel ratione scandali, vel ratione impossibilitatis: sed hoc magis potest ipso facto & vsu perpendi, quam aliqua certa regula, ut dixit Glossa in cap. Presbyterum, de Cleric. agrot. argum. text. in. ca. Apostolica, de Donationib. Est ergo necessarium prudens arbitrium iuxta ea quæ in puncto seq. dicimus.

14. Quarto contrahitur hæc irregularitas ex qualibet notabili deformitate corporis, aut membrorum eius, vel line viles arietudine, aut proprio morbo. Hæc est etiam communis resolutio cum D. Thom. in 4. d. 25. q. 1. art. 2. quæst. 4. quæ sumitur ex c. i. & vlt. de Corpor. virtut. per arg. à contrario, direc. vero ex c. secund. eiusd. tit. vbi committitur Episcopo cum consilio suffraganeorum iudicium, vel dispensatio in irregularitate orta ex oculi macula quod non poterat esse nisi ratione deformitatis, quia agebatur de quadam electione ad Episcopatum, cuius administrationi non poterat macula impedimentum afferre, sed deformitatem. Et additur ibi, concessiōnem factam esse ex maxima dispensatione, quo indicatur, talem maculam, si deformitatem causeret, magnam inducere irregularitatem, & non comitri alteri, nisi ex dispensatione Pontificis. Idem colligitur ex decreto d. 25.

Hinc est etiam communis resolutio, eum, qui caret virtute videndi in solo oculo dextro, si nec oculo caret, nec exterius appetet deformitas, non esse irregularē: si autem simili modo caret videndi virtute in sinistro, esse irregularē: quia licet absolute non reddit faciem deformem, facit tamen, ut ipse actus celebrandi seu legendi canonem cum quadam deformitate fiat: propter quod oculus sinistri oculus canonis vocari solet Romano stilo. Ita Nauar. c. 27. n. 192. & Burgal. 5. de Irregul. tit. de Corpor. virtut. num. 4. Syluest. vero verb. Corpore virtut. num. 5. art. cæcum tantum ex uno oculo esse irregularē, referens Archid. ex. c. Si Euangelica, d. 55. qui textus loquitur de eo, qui caret oculo: de quo etiam loquitur Glossa, in c. 2. de Verb. significat, in 6.

potest autem quis esse cæcus ex uno oculo, & non carere illo; & tunc non semper est irregularis sed cum praedicta distinctione. Imo addit Nauarrus: quis carens visua virtute in oculo sinistro, tanta pollet virtute in dextro, ut sine deformi facili conuersione possit legere canonem non esse irregularē, quia cessat fundamentum irregularitatis. Quod certissimum est, quando talis defectus subvenit post ordinationem, quando vero antecedet, est etiam practice probabilis sententia, quamvis tunc maturiori iudicio, & prudentia animaduertere oportet, ut virtus alterius oculi, & firma sit & sufficiens ad illam deformitatem tollendam in lectione canonis.

B Et per hæc iudicandum est de ceteris deformitatibus facie, membrorum, aut sensuum, de quibus in particuliari dicere esset inutile, cum in particulari hoc semper pendat ex prudenti arbitrio: videtur tamen posse quia late profectus Maiol. lib. i. ca. 13. ad 26. Solum potest queri ad quem pertinet hoc arbitrium. Et communis resolutio est per tinere ad Episcopum, argum. c. secund. de Corpore virtut. vbi id notant Doctores. Est autem considerandum ibi committi similem causam Archipiscopo cum consilio suffraganeorum. Sed hoc ideo fuisse videatur, quia agebatur de electione ad Episcopatum, quæ ad Papam, vel ex commissione ad Archipiscopum spectat. Inde tamen cum proportione colligimus, iudicium hoc pertinere ad Prelatum, qui vel ordines conferat, ut volunt Syluest. & Nauar. supra, vel saltem missorias literas concedere potest ad ordines compendios, ut voluit Ang. verb. Corp. virtut. ns. Quod licet Syluestri rei ciuitate congruentia philosophica, mihi placet, quia talis praetextus habet unitatem in Episcop. ad quam magis hoc pertinet quam ad characterem. Verum est semper esse liberum Episcopo, qui daturus est ordines, admittere, vel reire arbitrium.

De irregularitate proveniente ex morbo corporis.

Q Vinto potest hæc irregularitas ori ex morbo corporis, quilibet non deformis illud, nec multiter, infert tamen debitatem virium, aut gravem deformitatem perpetuam & moraliter incurabilem in vsu ordinum. Hæc etiam regula communis est Doctorum, ut videtur licet in Maiolo lib. secund. c. 18. M. & 19. Nauarro num. 192. & 200. Cotaurui in Cte. Cte. mentinis. Si furiosus, part. in princ. num. 5. Et si in D. Thom. 3 p. quæst. 82 art. vlt. & ex. vlt. d. 82. & ex aliis iuribus circais de Corpore virtutis, & de Cleric. agrot. & d. 55. Et ratio etiam est eadem. Nam fundamentum huius irregularitatis est vel deformitas, vel debilitas: quod ergo hæc provenient ex defectu membra, vel ex defectu salutis, vel alia simili causa, non variat rationem irregularitatis. Positatur autem ut talis morbus incurabilis censeatur, quia non qualibet infirmitas statim facit hominem irregularē, quia hoc nullū iure fundatur: nam infirmitas, quæ curari potest, simpliciter non vocatur in iure vitium corporis, ut explicatur illi. Interfusum. ff. de verb. significat. Nec propter arietudinem absolute fertur alicubi irregularitas, sed solum propter deformitatem. Vel impedimentum perpetuum. Verum quidem est, actualem infirmitatem afferre actualem impedimentum quamdiu durat, est tamen potius facti, quam inris, nisi actu inducat deformitatem, vel periculum in vsu ordinis, nam pro tunc iam erit impedimentum canonicum quandiu durauerit.

Reliqua de huiusmodi morbo eodem modo expedienda sunt, quo de ceteris dictum est. Nam quando hic defectus antecedit ordinationem, omnino non impedit illam, si totale afferat impedimentum, &

Sect. III. De irregularitate ex defectu libertatis. 779

non per interualla temporum, ut latius Maiol.lib.2. c.22. Quando vero subsequitur, impedit usum, non omnino, sed quantum ad actum repugnantem tali morbo. Quod intelligo hic esse verum, etiam si moribus propria culpa contractus sit: in quo differt à mutilatione: quia de hoc nihil est in iure expressū sicut de causa mutilationis. Idem fere est cum proportione dicendum de tali irregularitate in ordine ad beneficia. Nam si ægrotus est irregularis ad beneficium curatum de novo suscipiendum: ad simplex enim non ita, si iam sit clericus, ut inde substenterit. At vero si ægritudo superuenit post beneficium obtentum, non priuat illo, ut colligitur ex c.vl. de Clericæ ægrot. &c. De rectoribus, eod. tit. Neq; oppositum dicitur in ca. Tua, eod. tit. quidquid ibi Glossa dicas & 7.q.i. in princ. remouetur enim ab actuali ministeriis, non autem priuat beneficio. Deniq; quando dubium fuerit de qualitate morbi, iudicium erit patres Episcoporum, iuxta sua dicta, non autem dispensatio, si semel irregularitas supponatur: hæc enim ad solum Papam spectat iure communī, ut et communior opinio Innocent. & aliorum, quos referunt, & sequuntur Nauar. & Coarctuas supra, & generaliter verum habet de tota hac irregularitate, quæ ex aliquo vitio corporis contrahitur.

SECTIO III.

Anex defectibus bonorum temporalium contrahitur aliqua irregularitas.



Nec hæc bona primo loco numerari posset fama, sed quia vera infamia ex deficto nascitur, ideo irregularitas illa cum irregularitatibus ex deficto supra coniuncta fuit. Primum ergo bonum, quod hic considerandum occurrit, est libertas, quatenus seruitutem opponitur, iuxta illud ad Gal. 4. *Iam non sumus ancille fo- lij, sed liberi, & i. ad Cor. 12. Sive serui, sive liberi. Defectus ergo huius boni seruitus appellatur, & irregularitatem inducit, ex multis decretis d. 5.4. in princ. & extoto tit. de Seruis non ordinandis, & habetur in Auth. Si seruum C. de Episc. & cler. Tradunt Theologi*

D. Thom.
Rob.
Palud.
Avrenin.
Sylvest.
Nauar.
Mai. l.
Salced.

in 4.d.25. ibi D. Thom. q.2. art. 2.q.1. Richard. Palud. & reliqui, Anton. 3.p.ii. 28.ca. 6. §. 6. Sylvest & alij Summis, verb. Seruus, & verb. Irregularitas, Nauar. capit. 27. numer. 204. Maiol.lib. i. capit. 35. Salced. in pract. c.19 & alij. Congruentia redditur à D. Thom. quia per ordinacionem, quis mancipatur Ecclesia, sticis ministeriis: sed seruus non potest hoc modo seipsum mancipare: ergo non potest ordinari: Min- nor patet, qui nemo potest dare alteri quod suum non est: at seruus non est suus, nec dominus suorum operum: ergo, &c. Quæ ratio insinuata est à Leone 1. epist. i. in c.1. d. 5.4. dicente: Debet esse immunitas ab aliis, qui diuina militia est aggregandus, ut à castis dominicis, quibus nomen eius scribitur, nullus necessitatis vinculus abstrahatur.

In qua ratione animaduertere licet, sacros canones non considerant in seruo ignobilitem illam, quæ esse videtur in vili conditione serui, ut ratione illius hanc irregularitatem imponerent, quamvis possent illam considerare. Nam D. Thomas supra dixit quæst. 3. & 4. in homine ordinando requiritur ex quadam decencia claritas quedam propter eminentiam illius status: huic autem claritati non minus videtur repugnare seruitus, quam illegitima ortigo vel infamia, & similia. Nihilominus canones nullam huius rei rationem habuisse videntur: quia illa conditio, licet illis appareat, omnino pertinet ad bona, vel mala fortunæ, & nullam connexionem habet cum prauis moribus, sicut habet infamia, aut defectus natalium. Et ideo per se non censetur afferre indecentiam sacris ordinibus, si impedimentum

A non afferat. Hoc ergo solum decreta considerarunt, & ex una parte rationem iustitiae respectu domini, & ex alia religionis causam in ministeriis sacris obseruari voluerunt. Quæ omnia confirmat optime can. 81. Apostolor, dicens, seruos in clerum præuehi si e voluntate dominorum non permitimus ad eorum qui possident molestem, domorum enim euerstiones talia efficiunt: si quando autem dignus seruus visus sit, qui ad gradum elegitur, quæsitus nos & quoque Onefimus visus est, & domini concesserint, ac liberaverint, & dominibus emiserint fiat. De quo Onefimo dixit Paulus Epist. ad Philemonem, ut illum recipies, iam non seruum, sed pro seruo charissimum fratre.

Atq; hinc colligitur, seruitutem non inducere irregularitatem absolute perperuam, sed quamduo du-

3.

Seruitus non rat, & dominus non consentit. Hoc aperte constat inducere irregularitatem ex excito canone, & ex alius decretis. Quocirca, qua- regularitate eunq; ratione seruus redimatur, & à seruitute libe-

tem nisi
retur, decimi esse irregularis absq; alia dispensatio-
nem: quia ablatum est fundamentum hujus irregula-
ritatis, & ex sola precedenti seruitute non relinquitur macula vel indecentia moralis, que à lege considerata sit ad irregularitatem inducendam. Dico autem, ex sola virtute, quia illam præce nunc confide- ramus: solet autem cum illa coniungi recens conuersio ad fidem, ex qua nascitur alia nec neophyto- rum irregularitas iam tractata, quæ manebit etiam ablata seruitute. Rursum durante seruitute, potest seruus ordinari de licentia, & voluntate domini, ut constat ex citatis texibus, & docent dicti autores; per talem autem ordinacionem manebit ordinatus à seruitute liber, ut iudicent autores docent.

Circa hoc autem dubitari potest, an oporteat manumissionem, antecedere ordinacionem, vel *Quia si ser- sufficiat per ordinacionem ipso facto fieri. Nam d. unordi- canon. Apostolorum postulare videatur ut antec- tur & post- dat, & clarius capit. Nulli, dist. 5.4. Nisi prius, inquit, a manu- proprii domus legitimum libertatem consequantur, cu- suis libertatis charta in ambone publice legatur, & eodem modo loquuntur alia iura, de seruis non ordinan- dis. Imo additur in cap. Quicunque, dist. 5.4. ex Con- cilio Toletano. 4. cap. 72. alias 73. necessarium esse ut talis manumissio absoluta praecedat, id est, non retento obsequio à dominis: nam quia adhuc patroni seruitute renentur obnoxii, nullatenus sunt ad Ecclesiasticium ordinem promouendi. Per que verba explicantur illa duo cationis Apostolorum, liberauerint, dominibus emiserint. In contrarium vero est, quia alia iura, & communiter autores dicunt, si seruus ordi- netur per licentiam domini, manere librum: ergo ne- cessere non est ut manumissio antecedat. Alioquin se- queretur, facta prius manumissione, quamvis postea non sequeretur ordinatio, seruum maneret liberum, quod esset in fraudem domini. Respondeo, questio- nem non esse magni momenti. Ut enim resolute & legitimate fiat, necesse est ut expressa manumissio aliquo modo antecedat, quia ita iura disponunt & ad tollendas fraudes & lites ita expedient. Non oportet autem ut illa manumissio sit absoluta, ita ut effe- ctum habeat ante ordinacionem: sed conditionata, ita ut in ipsa ordinacione suum incipiat habere effec- tum. Et ita utrumq; verum est, & manumissionem debere antecedere, & libertatem per ordinem ipso facto comparari.*

Vterius vero addendum est, ad consequendam libertatem per ordinacionem sufficere qualemcumque licentiam Domini, etiam tacitam. Quod docent missio de- citati autores, & est satis expressum dist. 6.4. in cap. *An manu- beate esse. 6.4. in cap. Si seruus sciente & non contradicente domino, in clerum mino- fuit ordinatus ex hoc ipso, quod constitutus est liber, & in- genuus erit. Ex quibus verbis facile explicatur aliud quod hic interrogari poterat, de qua, scilicet, ordi- natione hoc intelligendum sit, an de sacra, vel quælibet minor sufficiat. Dicendum est enim, quamlibet sufficere etiam primam tonsuram; hanc eni-*

781

vim habent illa verba, In clerum fuerit ordinatus, seu A confitimus, ut statim declaratur: nam per primam tonsuram vnuquisque in clero constituitur. Et ratio est, quia ex tunc talis persona dicatur, & consecratur diuinis obsequijs, & ideo accedente voluntate domini, ius vel interpretatur, vel efficit, ut per eam libertas concedatur, quia res Deo dicata non debet humanis seruitijs manere mancipata, iuxta regulam Semel de Regul. iur. in 6.

Occurrat autem viterius inquirendum, an oporteat hanc manumissionem esse liberam omnino, ut insinuatur in dicto capitul. Quaenam, vel sufficiat facta sub onere alicuius seruitij, vel officij domino impendendi. Sunt enim in hoc diversae opiniones, ut refert Turrecrementa, ibi. Nam quidam propter illum textum putant necessariam esse manumissionem ita absolutam, ut non possit dominus fibi reseruare aliquod obsequium, vel spirituale, vel corporale, vel positivum faciendo hoc aut illud, vel negatiuum non faciendo, v.g. non accusandi, non damnificandi ipsum dominum, &c. Alij vero putant posse dominum reseruare obsequium saltem spirituale, & corporale, negatiuum, id est, manumittere seruitiuj sibi ea conditione, ut post ordinationem obligatus maneat, vel ad cantandum, vel ministrandum in sua capella, vel ad non inferendum sibi aliquod nocumentum, vel aliquid simile. Hoc enim videtur supponi clare in cap. Nullus, de Seruis non ordinandis, vbi dicitur: Si quis seruum suum liberate donatum, feceris presbyterum ordinari, & illi postea in superbia elatus, domino suo canonico horas psalterie noluerit, apud Episcopum accusatum degradari debet. Quod profecto non praeciperetur propter solam ingratitudinem: supponitur ergo causus in quo ex iustitia talis obligatio maneat. Vnde Glossa eti. Doctores ex eo textu colligunt, posse Dominum imponeare spirituales operas seruo, quem ad ordinem manumittit. Imo multi etiam addunt, quamvis haec conditione non exprimatur, ex ipsa declaratione iuris subintelligi, & relinquunt hanc obligationem saltem ad spirituales operas. Hac tamen interueniente differentia, quod quando deducitur in pastum, potest illa etiam penalis conditio adjungi, ut si obligacionem non impluerit, post degradationem in seruitutem redigatur: si autem hoc non sit in pastum deductum, licet puniri possit propter ingratitudinem, non tamen in seruitutem reduci. Ita fere Panorm. ibi.

7. 2. *Opinio.* Alij distinctione vtuntur inter seruos Ecclesiarum priuatarum personarum: nam priores etiam si manumittentur, & ordinantur, obligati manent ipso iure ad honesta Ecclesiarum seruitia, non solum spiritualia: sed etiam circa alia negotia, quae clericum non dederent, quae si facere renuerint, in seruitutem rediguntur, iuxta c. Diaconi, 12. q. 2 & c. Quicquid familiis, d. 54. vbi Glossa id aduertit. Respectu vero particularium dominorum non maneat tam gravis obligatio, nec sub tam graui conditione, ut colligitur ex d. c. Quicquid, & ex c. 11. ibid. Nam haec ratione, libertati prohibebantur ordinari viuencibus, & iniuris dominis: quia semper manebant illis ita obnoxij, ut si quidpiam contra patronum committerent, in eorum seruitutem redigerentur, iuxta ciuilia iura. Potestque congrua ratio differentiae reddi, nam respectu Ecclesiarum nulla indecentia est, q. clericus obnoxios maneat ad quilibet officia praetenda, quae alias non sunt indecentia statui clericali, quia illa omnia obsequia Ecclesiarum præstata, quodammodo spiritualia sunt. Secus vero est quando talis obligatio manet respectu priuatae personæ, quia magis repugnat priuilegio clericali, iuxta c. 1. d. 54. minusq; decet, factum clericum, seruum fieri priuatae personæ, quam Ecclesiarum. De qua re legi possunt plura apud Maiolli 1. c. 35. & 36. ad primum enim non est admittendum necessaria vel utilitas.

Existimo ergo manumissionem, quæ ad ordines fit, si absolute, & simpliciter fiat, nullam includere conditionem, saltem sub obligatione utilitatis. Hoc enim mihi probat d.c. Quicunque, cum c. 1. & 2. d. 54. & c. 1. de Seruis non ordinandis. Imo in c. 1. sollempniter eod. tit. hoc excedit ad seruos ab Ecclesiis mandatis. Nihilominus tamen non repugnat in ipsa manumissione conditionem apponi statu cleriali non repugnantem, qualis de operibus spiritualibus, vel etiam de officijs priuatis seu potius de non praestans officijs iustitia, aut gratitudini repugnantibus. Ita Turrecrem. supra cum aliis ex d. cap. Nullus, & Argumento c. 2. de Conditione apposit. Qui etiam docent, ad hoc non esse necessarium Episcopi consensum, quia nullo iure postulatur. Quod etiam tenet Abb. in d.c. Nullus.

Hinc mihi probabilis est, quandocumquedo minus facit facultatem seruo suscipiendi ordines, siue expressam, siue tacitam, manumissionem esse absolutam ex vi ipsius ordinationis, quia nulla conditio apposita est. Vnde à fortiori fit, quod quamvis libertas etiam sit irregularis iuxta d.c. vle. d. 54. quia quadammodo, & quasi ex parte recte seruitudem iuxta proprietatem iuris civilis: si tamen sciente patrone & consentiente, ordinatur: ex tunc definere esse libertum, quoad viles conditions & obligaciones eius, & incipere esse absolute liberatum seu manumissum: quod plane sequitur ex priori resolutione, quia illa facultas censetur esse talis, ut omnino auferat fundamētū huius irregularitatis. Hoc tamen non impedit, quoniam in hismodi clericis ex gratitudine teneatur debita obsequia honoris & reverentie manumissori exhibere. Non tamen opinor, propter solam ingratitudinem, nisi iniuriam etiam includat, posset tam grauiter puniri, ut degradetur, vel deponatur. Sed hoc magis ad iuri pertinet.

Sed quid, si seruus, non obstante irregularitate, in se domino ordinatur. Respondeo in primis, dicitur, in manere ordinatum, quia seruus non est incepit pacitas, sed propria irregularitas. Deinde, si tantum fit ordinatus minoribus ordinibus, hullo modo a seruitute liberatur, nec simpliciter, nec sub conditione aliqua. Ita docent omnes, & sumunt ex c. 2. de Seruis non ordinandis: in quo absolute sermo est de ordinibus seu gradibus Ecclesiasticis. Tantum saltem quoad ordines minores absolute & sine via restituzione ab omnibus intelligitur, quia quad hand partem nullo alio iure restringitur: & idem probat. c. 2. d. 54. Potest tamen obisci, quia res semel consecrata Deo, etiam si iniuste, & contra voluntatem dominii consecrata sit, non debet dominio restituiri, iuxta sententiam Gregorij in cap. Comperimus, 14. quæst. 6. & regulam, Semel Deo. de Regul. iuris, in 6. Respondeo primo d. iuris loqui de rebus inanimatis, in quibus non est dolum, & alias possunt facile compensari: in homine vero, qui ordinatur, est fraus, quæ non debet illi patrocinari, quoad fieri possit. Item in re inanimata, consecratio est mere materialis & superficialis (vt aiunt Iuristi): consecratio vero, quæ si per ordinationem, magis est in anima. Ita fere Sylvest. verb. Seruitus, n. 6. in fine, & Glossa in dict. cap. Comperimus. & in cap. Frequens, d. 54. Addo insuper, consecrationem, quæ per ordinationem fit, non consummari perfecte, quæ ad Sacerdotium, & in solis minoribus esse valde imperfetam, adeo ut clerici in minoribus constituti facile ad fecularia negotia transferantur: & ideo etiam in hoc casu facile propter iniustitiam lex canonica hoc permisit.

Terrio, si usque ad Diaconatum, vel supra ordinatur cum scientia Episcopi ordinantis, liberatur, tenetur autem Episcopus cum domino duplicitate satisfactione compensare, iuxta cap. Si seruus abiens dist. 54. vbi id Glossa notat. & Panormitanus in c. 2. de Set-

de Seruis non ordinandis. Et idem sumitur ex cap. A de Seruis non ordinandis, & cap. De seruorum distin.
Per venerabilem, versicul. Praterea. Qui filii sint legitimi.
mi. De Subdiaconatu vero res videtur potest dubia,
quia in praedicto cap. Si seruus, solum Diaconi, &
Presbyteri mentio fit: Et ideo in l. & titul. 22, partita
4, dicitur, etiam seruum ordinatum usque ad Sub-
diaconatum, in inicio domino, posse a Domino in fer-
uitatem reuocari, nam eodem modo censet illa lex
de Subdiacono, quo de minoribus ordinibus. Quod
fortasse procedere poterat iure antiquo, quando
Subdiaconatus non reputabatur ordo facer, quia non
habet votum continentia annexum, nec redi-
bat hominem ad matrimonium inhabitem. Fau-
batque cap. Ex antiquis, dist. 5. ibi. Reliqua vero officia
nam sub hac vniuersalitate Subdiaconatus copre-
hendebatur. Nunc vero Subdiaconatus est facer or-
do, ideoque quoad hoc equiparatur nunc Diaconi-
tui, ut expresse disponit Alexander III. in cap. Mira-
mur de Seruis non ordinandis. Queret vero aliquis,
quando ordinatio tantum est in minoribus, an ob-
ligatio reddendi duplicem satisfactionem domino,
id est, duos seruos aequales, vel duplicatum premium
fit in conscientia, & iustitia. Videatur enim ex viu-
situ satis esse reddere aequivalentem, reliquum autem
pertinere ad poenam per legem impositam, que non
obligat donec per iudicis sententiam quis codem-
netur, & cum poena soluere cogatur. Et ideo in
dicto cap. Per venerabilem, solum dicitur ordinatore-
rem teneri domino satisfacere. Respondetur nihil
ominus, teneri Episcopum ex vi praedictae legis abs-
que alia sententia condemnatoria ad reddendum
duplicatum premium pro seruo, nequa aliter illum
liberari a seruitute, nec dominum teneri, aut cogi-
posse ad dimittendum seruum, nisi adimplata illa
conditione. Et ratio est, quia ita per legem dispositum est.
Vnde sicut ex viiilius legis dominus co-
gitur dimittere seruum, etiam si contra iustitiam, &
voluntatem eius ordinatus sit: ita etiam conditio à
lege posita in favorem eius implenda est, alias non
potest legitime compelli. Vnde sumitur etiam con-
gruens illius legis, que non est quoad hanc par-
tem mere poenalis, sed in rerum aequitate fundata:
nam dominus in eo casu non solù amittit seruum,
sed etiam obligatur per actionem iniuriosam ad re-
dimendum illum, que obligatio virtute quidem
legis iuste sit in favorem religionis & ordinis sacri:
tamen quia haec obligatio etiam est pretio exti-
mabilis, voluit lex etiam illam compensari, quod
fit pretio duplicato soluto. Cap. ergo, Per venerabi-
lem, intelligendum est de satisfactione per legem sta-
tuta.

4. Conclusio.

Quarto, Si Episcopus ignorans conditionem ser-
uitutis seruum in sacris ordinet, tenebuntur ad eam
satisfactionem faciendam, qui cum ad ordinacionem
induxerunt, vel rogando, vel falso testimonium
ferendo. Ita disponitur in dicto cap. Si seruus abente:
quia iura maxima defestantur hanc iniuriam, que
domini sit, abfrahendo seruos à debito opere per-
soluendo. Et ideo in cōcilio Granaten. cap. 3. anna-
themate feriuntur, qui prætextu religionis hoc cri-
men committunt. Sed quid, si etiam illi non sint in
culpa, sed bona fide & cum ignorantia probabilitate
fecerint? Responderetur, in eo casu ipsi summet seruum
ordinatum teneriad eandem satisfactionem facie-
dam, vel saltem ad reddendum per se vicarium, ut
dicitur in cap. Ex antiquis, distin. 5. Quod si nec
talem satisfactionem facere possit, in hocius distin-
guunt inter Presbyterum, & inferiores. Nam Dia-
conus, vel Subdiaconus in eo casu rediguntur in
seruitutem, ut dicitur in dicto capite. Ex antiquis, &
tacito confirmatur in dicto cap. Miratur, de Seruis
non ordinandis, & docent Panormitanus, & alij in
cap. 2. de Seruis non ordinandis. & Antoninus, 3. part.
tit. 2. cap. 6. §. 6. Nauarr. Sylvestr. Maiol. & alij locis
citatis. Et hoc modo intelligendum est dictu cap. 2.

Fr. Suarez tom. 5.

5. Et ratio est, quia talis seruus supponitur per do-
lum & fraudem iniuriam facere Domino: & ideo
licet in fauorem ordinis ei concedatur, ut satisfactio-
ne facta redimi possit: tamen sine tali satisfactione
hoc iura non concederunt, quia cum nondum ad
sacra ipsa mysteria peragenda ordinatus sit, non est
adeo necessaria ingenuitas seu libertas talis personæ,
ut, non obstante iniuria & gravi nocimento domini,
concedenda fuerit. Oportet autem ut dominus
intra annum, postquam fecuerit ordinationem ser-
ui, illum repetat, & ex cap. Si seruus sciente distin.
5. Glossa ibi, & Innocentio in cap. 2. de Seruis non
ordinandis, numer. 5, & alii citatis. Nam si post sci-
entiam per annum dissimulauerit, ceterum consen-
tire, & seruum manumittere. Quo sit, ut seruus sic
ordinatus irregularis maneat ad vitum talium ordi-
num, donec vel domino satisfactum sit, vel ipse domi-
minus consensus suum præbeat, aut exprefiat, aut
per scientiam, & tolerantiam vnius anni. Et quando
talis clericus in seruitutem redigitur, non solum
manet priuatus vsu ordinum, sed etiam excusus pri-
uilegio clericali, ut aperte dicatur in dicto capite. Ex
antiquis, & ibidem Glossa aduerit. At vero, si ta-
lis seruus ordinatus sit Sacerdos, non reducitur in
seruitutem, etiam si domino integra satisfactio fieri
non possit: sed solum cogitur amittere peculium
suum, & domino reddere, ut in dicto cap. Ex anti-
quius habetur. Quod si peculium non habuerit, sati-
faciet, si in proprio Sacerdotali ministerio domino
suo ministret, aut celebret: & ad hoc poterit obliga-
ri, iuxta cap. Frequens, distin. 5. Quod factum est,
cum in reterentiam Sacerdotij: tum etiam quia il-
lud ministerium est alterius & utilius domino, & ideo
in re ipsa non grauita laeditur, quamvis propter ex-
cellentiam ministerij, id non fiat per modum ex-
penstationis, quia res temporalis non potest per spi-
rituale redimi.

Vltimo dubitari in hoc poterat, de quibus seruis intelligenda sit haec irregularitas. Sunt enim qui-
dam serui propriissime dicti alii vero sunt serui ad-
scripti, vel originarij, aut conventionales, prout
late distinguit, & declarat Holsiensis in Summa titu-
le. Natis ex ventre libero. Sylvestr. verb. Serui-
tus. & Maiolus lib. 1. c. 35. Quia vero hi varijs modi
seruitutum iam vere in vsu non sunt, ideo in eis de-
clarandis & distinguendis immorari non est nece-
sse. Et regula generalis sit, omnem seruitutem, un-
decunque trahat, vel non, vel originem indu-
cere hanc irregularitatem. Ita enim expresse definit
Leo Papa Epistola 1. cap. 1, & Gelasius Epistola 1. ca-
p. 16. & habetur in cap. Generalis & cap. Admissun-
tur, distin. 5. vbi expressa mentio sit de seruis ori-
ginariis, & similibus, & nota Glossa in cap. 2. de Iudeis,
quamvis in illo textu huiusmodi originarij
seu coloni serui liberi dicantur. Quod vel intelligendu-
m est de his colotis, qui non trahunt obliga-
tionem cultura ex seruili origine, & pacto sutorum
prædecessorum cum dominis, de quibus in l. Orig-
inarius, & l. Colonos, cur similibus, C. de Agricolis, &
cenf. li. ii. vel intelligitur de libertate quod alios a-
eris, non vero quoad ordinacionem, ut ibi Glossa
declarat. Addo denique, quod licet interdum haec
obligatio non sufficiat ad seruitutem inducendam,
& consequenter neque ad irregularitatem, de qua
agimus, sufficit tamen ad aliam, de qua in sequenti
puncto dicemus.

De irregularitate ex obligatione ad ratiocinio.

Sicutu propriæ libertatis, prouenientis ex obliga-
tione ad actiones humanas & politicas exercendas.
Qui defectus in iure appellatur obligatio ad ratiocinio
iuxta Rubricam de Obligatis ad ratiocinio no-

Vnu ordi

ordinandis. Est ergo certum hanc obligationem ad ratiocinia inducere irregularitatem, ex cap. vnicō, in dicto titulo, & dist. 5. 4. cap. 3. Est enim illa obligatio vinculum quoddam temporale reddens hominem valde impeditum ad ecclesiastica ministeria, & ideo merito à iure reputatum est sufficiens ad remouendum hominem ab ordinatione. Atque ita docent Theologi in 4. distin. 25. Vbi Diuus Thomas quāst. 2. artic. 2. qu. 1. cum de seruis dixisset, subdit tantum hæc verba. Et simili ratio est de omnibus, qui sunt alii obligati, ut ratiociniū detinēti, & huiusmodi persone. Latius id tractat Iurisperiti super dicta iura, Summi & verb. Ratiocinium, & verb. Ordo. & verb. Irregularitas. Paulus Burgasius de irregularitate, 5. p. tit. de hac re Maiolus libr. 2. ca. 5. & 11. Bernard. Diaz in Pract. c. 20.

¹⁵
Quid intel-
ligatur per
hanc obliga-
tionem.

Exponendum vero supereft primo, quid intelligatur per obligationem ad ratiocinia: nam in dictis textibus non aliter declaratum nisi per exempla, scilicet Procuratores, Actores, & executores seu curatores pupillarum seu tutores. Concilio Carthaginem. 1. cap. 8. Hoc tamen non esse limitandum rem banc ad hæc materia exēpla, sed sub illis comprehendendi omnes publicas administrationes forenses, & temporalium & secularium rerum, quæ eodem modo implicant hominem negotiis secularibus: nam fundamentum huius irregularitatis est obligatio ad hæc secularia ministeria. Vnde in cap. 2. & 3. distin. 5. sub generali nomine, Curialium, qui iau. agunt; vel quibuslibet publicis functionibus occupantur, hi omnes comprehenduntur. Sunt autem in his personis duæ obligationes distinguendæ. Una est ad tales actiones seu ministeria peragenda, ad quæ obligant ratiocine talis muneris, & non durat nisi durante ipso munere. Alia obligatio est ad reddendam rationem per ratiocinii munera, quæ s̄p̄e manet, etiam munere relatio: nam, sicut durante munere, interdum exigitur ab homine ratio eorum, quæ gesit in superiori tempore: ita etiam, quamvis tempus officii absolutetur vel ipsum officium voluntarie relinquatur, manere potest obligatio ad rationem reddendam. Quæ ratio interdum redditur de ipsis actionibus, an iusta fuerint, &c. interdum vero de pecunij, aut alijs rebus aequivalentibus.

¹⁹
Dubium re-
soluitur
quod prio-
rem obliga-
tionem.

Quantum spectat ad priorem obligationem certum est, illa durante, esse hominem irregularē ad ordines suscipiēdos: quod in superioribus tactū est tractando de defectu lenitatis, & habetur distin. 51. quatuor primis capit. Sylvest. verb. Curiates, & alij. Statim vero occurrere potest practica difficultas, nam videmus in Curiis Principiū, & Regum clericos esse ordinarios iudices causarum civilium & huic muneri esse deputatos, nec propterea centri irregulares, vel ad vsum ordinū, vel ad promotionem ad superiores, etiam durante tali munere: & tamē ministerium illud non minus implicat negotiis secularibus, quam officium aduocati, & similia. Respondeatur, communiter Doctores excipere ab hac regula Confiliarios Principiū, ut vide licet in Panormitanō in cap. Sed nec. Nē clerici vel monachi: & in cap. Clerici, eodem titulo, vbi idem sentit Ioannes Andreas: Idem Panormitanus in ca. Non est. de Voto, Decius, Baldus, quos referunt, & sequuntur Bernardus Diaz, & Salzedo in Practic. capit. 61. Cui sententia faset etiam lex Hispanie partita 1. titul. 6. lib. 48. vbi Gregorius Lopez id aduerterit, citans ad hoc cap. In Archiepiscopatu de Raptoribus, vbi Papa Archiepiscopo concedit, quod ex commissione Regis posse iudicium in causis temporalibus ferre, extrā iudicium sanguinis. Adduci etiam solet cap. Non est. de Voto ibi Confiliatum & auxilium tuum sibi sen/erit bacillus profuisse. Qui textus & similes non videntur conuincere, quia aliud esse videtur, esse iudices ordinarios in publico Regni tribunali: quod videtur prohibere in cap. Sed nec, &

Abbas.
Ioan. And.
Bern. Diaz.
Salzedo
Greg. Lop.

in cap. Clerici, Ne clerici, vel monachi, cum similibus: aliud vero adesse Regi ad serendum concilium vel ex commissione eius vindicare pauperum iniurias, quæ permittuntur in dictis capitulis, & similibus. Nihilominus vñi receptum est, siue ex concione Pontificum, siue qui confuetudo ita interpretata est ipsa iura, ut clerici absque nota irregularitatis, vel alterius impedimenti canonici possint consiliari Regum in huiusmodi iudicis, fe-tribunalibus, in quibus de conuentienti Regnū bernatione & prouidentia, vel ad summum de ci-ribus causis agitur. Aut enim hoc ministerium non est iudicari, adeo repugnat officio clericali, praesertim quando clericus curam animalium, aurallam specialem obligationem ratione beneficij non habet, vel certe propter commune bonum Regni aliquid de rigore iuris in hac parte remissum est: id eoq; hoc non est extendendum, sed quoad fieri pos sit, limitandum.

Addendum vero est, quando administratio re-
rum temporalium est circa bona Ecclesiastica, tunc
obligationem ad talem administrationem, non per-
tinere ad hanc irregularitatem, quia illa administra-
tio non confert secularis, sed spiritualis quodammodo,
& Ecclesiastica, iuxta cap. 1. Nē clerici, vel
monachi, & notarunt Innocentius, Panormitanus &
alij in cap. 1. de Obligatis ad ratiocinia. Sylvester,
Maiolus, & alii supra citati. Item licet ad ministratio-
nem temporalis, si tamen ex causa necessaria ad pietate
pertinet, sicipiatur, scilicet in fauorem pa-
perum, aut similiū miserabilium personarū, iam
illud negotiū non est mēre secularē, neque alienū
at statu clericali, & ita similiū cum priori contingutur
in cap. 21. quāst. 3. & in cap. vlt. 8. didicit. & in
cap. 1. 88. distin. 2. Hoc autem maxime verum est, si
accedit Episcopi licentia, aut talis necessitas, que
ex vi aliiū legis obligationem inducat ut in dicto
iuribus significatur, & non ait Sylvester, & alii
autores. Qū maxime hoc explicit in administra-
tione, seu officio tutoris: nam per se quidem prohi-
bitus est clericis, ut patet extota questione 3. causu,
& ideo expresse numeratur in dicto capitulo de Obligatis ad
ratiocinia: nihilominus tamē ex causa pietatis simili
pi potest à clericō, & non impedit vñi ordinū.
Et eadem ratione non impedit ordinis suscep-
tione, si iudicio Episcopii pia administratio iude-
atur. Catera de his personis obligatis ad haem-
inisteria videri possunt latissime in Maiolo dicto
cap. 5.

At vero, si huiusmodi persona officium dimi-
tant, & obligatione liberentur, vel quia lapsu tem-
poris finita est, vel ex conuentione partim, velex
facultate Superioris, iam tunc ex hac parte tolletur
irregularitas, vt in superioribus dictum est. Dico
autem, ex hac parte, quia oporebit aduertere ne ex
alio capite orta sit, vel propter effusionei sanguinis
vel propter aliquam infamiam, ut supra notatum
est. Quod vero ad præsentem irregularitatem magis pertinet, relinquitur adhuc consideranda altera
obligatio ad ratiocinia reddenda: nam, si hæc maneat
ex priori ministerio, adhuc permanet irregularitas,
vt constat ex dicto cap. vnicō, de Obligatis ad rati-
ocinia. ibi. Post deposita onera, & redditus ratiocina, vñi
ergo compleri debet, ut hæc irregularitas cesseat.
Et in hoc etiam omnes Doctores conueniunt, quia
est sufficiēter in dicto iure expresa: & quia ratio &
fundamentum huius irregularitatis in eis perma-
net, quamdiu rationem sui munera non dederunt,
quia semper inahent obligati ratiocinio, & conse-
quenter implicati negotiis secularibus & exposi-
ti, vt possint à iudicibus secularibus cogi, & infamari,
si fortasse dol? aut fraus in ratiociniū inueniatur.
Quæ ratio ac decisio locum habet, siue ratiocina
fine pecuniarum, siue de iustitia seruata in ipsis acti-
onibus ad tale munus pertinentibus.

Difficul-

Sect. III. De Irreg. ex obligatione ad ratiocinia.

783

¹⁹
An reolutio
data de om
ni obligatio
ne ad ratio
cina proce
dat.

Resolutio.

Difficultas vero est, an hoc habeat locum in omni administratione, & obligatione ad ratiociniam, quæ ex illa resultat. Multi enim distinguendū putant de administratione vel publica, id est honorū Republice vel priuata, id est, circa priuatam personam, vel bona eius. Nam in priori casu dicunt procedere regulam positam indilictiōne: in posteriore autē putant, deposito munere, etiam si quis maneat obligatus ad ratiociniam, posse obligari, nisi dolum aut fraus ei obijicitur. Ita distinguunt Glosa verb. *Ratiocinia*, dist. c. vnic. de Obligatis ad ratiocin. quam ibi sequuntur Abbas, & alii communiter, ut pater ex citatis autoribus. & fuit cap. vnic. dist. 53. *Nisi solum sit mentio eorum, quirationibus publicis reddendis sub obligati. Mihi tamen aliter occurrit dicendum esse, considerata decisione dist. cap. de Obligatis ad ratiociniam. Aut enim administratio talis est, ut illa retēta, seu obligatione ad illā, persona maneat irregularis, vel non. Quando administratio ipsa retēta non inducit irregularitatem, obligatio etiam ad ratiociniam, quæ exilia, sive retenta sive deposita resultat, non inducit irregularitatem, sive ratiociniam sive publica, sive priuata; ut si sive economus Ecclesiæ vel si sicut tutor ex causa pietatis. Et ratio est, quia accessorium sequitur principale, induitque rationē illius; hic autem administratio & obligatio ad illam principalis, est reliqua obligatio ad ratiociniam est accessoria, & resultans ex altera: & ideo nec censetur magis temporalis aut secularis quam illa, nec perseverans aut durans potest magis irregularitatem inducere, quam ipsam administratio, si duraret. Accedit, quod dictum cap. vnic. solum agit de illis munib⁹, quæ quādiū durant, impediunt ordinēs: ergo etiam solum agit de ratiociniis, quæ ex talibus munib⁹ nascuntur.*

²⁰
Vnde sequitur contrario modo iudicandum esse, quando administratio ipsa talis est, ut quādiū durat, impediatur ordinēs: nam tunc etiam obligatio ad ratiociniam, sive publica, sive priuata, inde suborta, & nondū data, impediatur ordinēs, ut si sicut sive nomus temporalis Republica, vel tutor voluntarius alius persona non indigēt. Hoc autem videtur probari manifeste ex dist. cap. de Obligat. ad ratiociniam, vbi de omnibus officialibus seu ministris quos quādo tales sunt, iudicat incep̄tos ad ordinēs, dicit, non posse admittit, nisi deposito onere, & redditu ratione: ibi autē comprehendit indifferēter omnes, ut pater de tutoribus pupillorū: ergo in omnibus etiam indifferēter requirit illas duas conditiones: ergo sine fundamento sit limitatio & exceptio. Ratio autē est, quia quādiū manet obligatio ad ratiociniam, nondū censetur omnino depositū onus talis ministerij, & ideo si ministerium ipsum tale est, ut quādiū durat impediatur susceptionem ordinū, etiam obligatio ad ratiocinum nondū extincta, idem impedimentum inducit. Et fortasse predicti authores non intendunt hoc negare, sed loquuntur in alio sensu, de quo iam dicam.

²¹
Quid si post
ratiocinā
reddita re
futile debi
tum pecuni
arium.
2. Sententia
2. Sententia.
Et Suarez. 5.

Sed quid si iam sint ratiocinā redditā, & ex eis resulteret solum pecuniarium debitum ab illo aliae vel in famia, debitum autem nondū solūtū sit: sufficiet ne hoc videretur irregularitas? Videtur enim adhuc durare quia nondū negotium illud omnino finitum est, nec potest dici ratio omnino & sufficiēter redditā, quādiū debitum inde resultans solūtū non est. Atque ita videntur sentire non nulli ex citatis autoribus. Alij vero in hoc sensu applicant distinctionem datā, ut sumi potest ex Hostiensia, si debitum resultans sit publicum, seu Republica, putant impediare, non tamen si sit debitum priuata personae. Primum probant ex 1. *Scripto. ff. de Munerib. & honorib.* vbi dicitur, debitores Republice non esse admittendos ad honores, donec soluant, quando debitum ex administratione publica contractum est, constat autem ordinēs inter honores

A publicos computari, cap. *Precipimus*, 93. dist. & l. *Iubemus. § Seru. C. de Episcopis, & clericis.* Secundum autem probatur, quia debitum pecuniarium priuata personae non impedit susceptionem ordinū, per se loquendo, id est, nisi alias inducat pauperatē ordinationi repugnante, de qua statim dicemus: vel nisi talis sine debita, ut ex eis inextricabiles sive oriantur, nam tunc cēsabitur implicari negotijs sive cularibus, ut notauit Maiolus dist. cap. ii. nu. 13. *Seclūsus autem his circumstantijs extrinsecis, priuatum debitum: per se nō impedit, nullo enim iure id causum est: ergo quāuis tali debitum ortum sit ex munere vel ratiocinijs, quantumvis seculariōis, non impedit ordinū susceptionem, quando administratio illa priuata est, quia in iure non magis hoc disponitur de tali debito priuato, quam de alijs. Sic ut etiam publicum debitum ortum ex iure, locatione, aut alio simili contractu, non impedit ordinēs, quia de tali debito nihil est in iure dispositum, sed de solo illo, quod ortum est ex publica administratione.*

In hoc ergo sensu probabilis est dicta sententia & distinctio. Nihilominus tamen etiam hoc modo *improbatur*: mihi dubia est, quia vel durante illo debito, censetur ratiocinā redditā & consummata, vel nō: si non sunt redditā, nō est ablata irregularitas, sive debeat priuata persona, sive Republica: si autem redditā sunt ratiocinā, iam cessavit irregularitas: tam in publicis, quam in priuatis administrationibus, quia in prædicto capite nihil aliud postulatur. Lex autem ciuilis, quia de publicis debitis & honorib. assertur, nō potest inducere irregularitatem, ut per se constat. Nisi quis fortasse dicat, inducere illam in virtute alterius legis canonicae, quia haberet, non esse admittendos ad ordinēs, quos leges ciuiles non admittunt ad honores. Sed neque hoc mihi satis facit, quia illa lex canonica loquitur de illis, qui non admittuntur proper infamiam, ut supra visum est: in praesenti autem lex illa non fundatur in infamia, sed solum lata videtur in fauorem communium bonorum, ut ita cogantur, quia illa administrant, solvere debitā inde contracta: non ergo est cur legem illam, que solum loquitur de honoribus eiusdem ordinis, aetemporalibus, ad ordinēs extendamus.

²²
D Satis ergo probable existimo, solum debitum pecuniarium, quod ex ratiociniis redditis interdū *Relativis* *dubiq.* relinquuntur indistincte, id est, sive sit publicum, sive priuatum, non sufficiere, per se loquendo, ad irregularitatem. Tum quia nullo iure canonico hoc causum est: quia iuxta communem sensum, & loquendi modum, verē dicuntur ratiocinā redditā, & finita, etiam si resultans debitum nondū sit. *Ad hanc sit* ius autem canonicum solum hoc requirit. Tum etiam, quia tunc iam cessat ratio fundamentalis huius irregularitatis, quæ est implicatio, seu revocatio ad negotia secularia, quia hec non ortur ex hoc debito pecuniarior, magis quam ex quo cuncte alio supponimus enim ita esse totum aliud negotium finitum, & cum ea partium consenſione, ut nullæ lites inde timeantur. Vnde hoc maxime procedit, quādo sciente, & contentiente creditore aliis ordinari vult, nam si ille contradiceret, & impedimentum opponeret, res esset magis dubia. Opinor autem, ad Episcopum tunc spectare, declarare an talis persona secundum praesentem statum censenda sit adhuc obligata ad ratiocinā reddenda, necne. Illud tamē certum videtur, si talis persona sufficiētē securitatem talis debiti reddat, vel datis pignoribus, vel fiducioribus, omnino esse immunem ab hac irregularitate. Quod expresse docet

Maiol. *supra n. 14.* cum Abate, &
alii: de quare nonnulla
addeñus in puncto
sequentī.

Vuu 2

D

De irregularitate proueniente ex paupertate.

²⁴
Duplex de-
ficitus ex
paupertate
consideratur.

Primus.

Conc. Tridentini

²⁵
Posterior
paupertatis
deficitus.

Tertio potest irregularitas contrahi ex paupertate, quæ ad præsens etiam caput pertinet, quantum defectus est temporalium bonorum. De qua irregularitate nihil inuenio in propria specie dictum ab autoribus, fortasse quia non videtur esse in iure expressa. Nihilominus tamen hic deficitus dupliciter considerari potest, vel priuatue tantum, vel cōtrarie (vt sic dicam). Priori modo patitur quis deficitum paupertatis, quando non habet unde congrue substantetur: & talis deficitus, quandiu durat in persona laicæ vel seculari, dici potest irregularitatem inducere, maxime iuxta nouum ius Concilij Tridentini sess. 21. cap. 2. de Reformat. ubi prohibet eos ordinari, qui hunc patiuntur defectum ita confirmandi, & declarandi, quæ de hac re erant antiquiora iura, & Concilium Lateranen. sub Alexand. III. p. 1. ca. 5. Hunc autem deficitum videntur autores comprehendisse sub deficitu legitimis tituli: nam qui sine illo ordinatur, ex hac parte ordinatur irregularis, & ideo irritam ordinationem accipere dicitur in causa Sanctorum. 93. dist. De hoc autem deficitu, & de expositione illius decreti Concilij Tridentini dictum est supra tractando de suspensionibus quas incurrit male, p. 107: & ideo nihil hic amplius circa illud immorari necesse est.

Contrarie vero dico pati deficitum paupertatis illum, qui nimium grauatus est ære alieno, de quo nihil inuenio expreſſe in iure traditum in ordine ad irregularitatem. Vnde solum poterit ad illam sufficere, si virtute contineat, aut inducat aliquem alium deficitum ex supra numeratis, ut v. g. si ad fundandum temporalem titulum congrua sustentationis contracta sint debita æqualia, vel maiora, quæ aliud à creditore solvi non possint, existimo tale debitum inducere, vel potius non auferre irregularitatem, quia talis titulus non potest verus ac legitimus reputari, cum re vera non constituat personam extra statum paupertatis & necessitatis repugnantis decentiæ status clericalis, quod iura intendunt. Itē, si tale sit debitum, talisque persona, ut iuxta ciuilia

iura possit propterera redigi in seruitutem, vel obsequium creditoris, cum aliter non sit soluendo, vt est in Hispania lex 3. titul. 6. lib. 5. noua Recopilationis, tunc talis defectus reputari moraliter potest quædā seruitus, vt significauit Glossa in l. Fidei oīm. 14. §. Si rem. ff. de Legatis 3. Vel certe reputabitur velut quædam obligatio ad ratiocinii reddenda, & ideo ordines impedit. Ideo enim milites stipendiarij, decuriones, & similes irregulares censemur, donec rati debito & obligatione liberentur, l. Quisque C. de Episcopis, & clericis: mo etiam feudatarij, nisi ab obligatione feudal liberentur, saltem per ipsam ordinationem, iuxta ea quæ traditæ syluerit vero. Bellum. & Maiolus dicto cap. 5. nu. 5. & videri eriam potest Tiraquellus de Primogenitis, ca. 44. nu. 6. Idem ergo est de omnibus debitibus finilibus.

Denique tunc etiam impedit hic deficitus, quando talia, & tanta sunt debita, ut sine libibus & contentionibus expediri non possint, ut supra cum Maiolio nota: quia tunc recuera incidit in defectum obligationis ad ratiocinii reddenda, seu (quod perinde est) ad secularia negotia peragenda. Extra hos vero causas debitum pecuniarum personæ non inducit irregularitatem, cum nullo iure expreſſum appareat. Imo addit Maiolus dicto cap. 11. numer. 15. quantumcumque aliquis sit oneratus debitibus, si bonorum concessionem faciat, reseruata congrua substantiatione, iuxta cap. Oloardus de Solutionibus, liberum manere ab irregularitate, quia inde nulla contrahitur infamia, quæ in iure consideretur, & per illam concessionem cum substantiatione congrua ablatum est omne impedimentum paupertatis, & obligationis ad ratiocinii reddenda. Clericus autem sic ordinatus, in quo foro conueniri possit propter tale debitum ante ordinem contractum ad nos non spectat: probabilius autem est in Ecclesiastico foro conueniendum esse. De quo videri potest Couarruas in practicis questionibus, cap. 2. num. 4. & alij Canonistæ in cap. vniq. de Oblig. ad ratiocinii. Atque hæc de hac materia ad diuinam laudem dicta sint.)? (

LAWS DEO.

INDEX